




**In hoc libello grauissimis, certissimisq[ue], & in sacra
scriptura fundatis ratio[n]ibus uarijs probatur, Apostolu[m]
Petrum Romam no[n] uenisse, neq[ue] illic passum. proinde
satis friuole, & temere Romanus Pontifex se Petri
successorem iactat, & nomi[n]at &c.**

<https://hdl.handle.net/1874/454594>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


281


q1

arjoi









Miscellanea Theologica


Quarto n°. 281

Rariora


F. qu.
281

De Prospere

497 26.




1. Melanus, Petram Lamar non venuit.
2. et. Tazqualus, de excozione Europee.
3. null. Tongli super ruse de gracie.






IN HOC LI

bello grauissimis , certissimisq; , &
in sacra scriptura fundatis ratiōi
bus uarijs probatur, Apostolū
Petrum Romanam nō uenisse,
neq; illuc passum . proinde
satis friuole , & temere
Romanus Pontifex se
Petri successorem ia-
stat, & nomiat &c.





Aude aliquid breuibns Gyaris, & carcere dignum
Si uis esse aliquid, probitas laudatur & alget

VLRICHVS VELENVS MINHONIENSIS
BENIGNO LECTORI SALVTEM.



On possum persuaderi, benigne lector, ut illā uel
poēticam fabellam, uel superstitionē Iudaicā, & que
fictiā, & que rīdiculā, ac nociuā credam, atq; ea est,
quam scripturarū neglectus in Christianismū ho-
die de Antichristo intrusit. Cuius aduentus extam
evidentissimis cōiecturis, ex tam certissimis indicijs, à Christo &
Apostolis, ceu dīgito monstratis, nescio qui uideri non potest.
Nisi forte hoc iam nostra meruere commissa, ut occēcati ac im-
prouidi, repentina Dei ira, uelut inter oscitātes (quod dicitur) op
primamur, fœdumq; interitum sera deploramus poenitentia, dū
Antichristū uenturū interim expectamus, præsentem connive-
mus, Heliam & Enoch uenturos nobis promittimus. Quæ qui-
dē, si carnaliter, atq; in cortice futura credimus, Iudaicis fabulis,
ut doctissimus Hieronymus ad Marcellā scribit, acquiescere ne-
cessum est, ut uidelicet rursus ædificetur Hierusalē, & hostiæ offe-
rantur in templo, & spirituali cultu imminuto, corporales reuiui-
scant ceremoniæ: Sed quia totus ille liber Apocalypseos Ioānis,
unde hæc de Antichristo, Helia & Enoch opinio, spiritualiter in-
telligendus est, quum quot uerba, tot mysteria habeat, Heliam,
Enoch, & Antichristū iamdiu uenisse, & tot annis tyrannidē suā
in ecclesia exercuisse, & etiamnū exercere certū est. Quis enim
tam semel exuisset pudorem, ut tergiuersari audeat, quicquid à
Christo, & apostolis prænunciatum de Antichristo nouimus, in
Romana ecclesia non inueniri: quā tanta tamq; immanis inuasit
abomination, ut fideles interea uiuere tædeat, dum nihil horum
non uenisse, quæ de Antichristo prædicta sunt, suis oculis cōte-

plantur, in alteriusq; Christi obsequium, sese accersiri, imò cogi-
fent iunt: Porrò si aduentus Heliae, secundarium quoq; Christi
aduentum præcedere debet: non carnaliter profecto id, sed in spi-
ritu intelligendum est. Quemadmodū Ioannes ille baptista inter-
rogantibus Herodianis, an ipse fuisset Helias, non se Heliam esse
ingenue respōdit: Christus uero eum fuisse Heliam libere profes-
sus est, cum alias, tum eo loci, ubi apostolis percōtantibus. Quid
ergo scribæ dicunt, quod Heliam oportet primū uenire? respon-
dit: Dico uobis, quia Helias iam uenit, & non cognouerunt eū,
sed fecerunt in eo quæcunq; uoluerunt: de quo Angelus apud
Lucam prædixerat: præcedet ante eum in spiritu, & uirtute He-
liae. Proinde & nunc, dum mysteriū hoc iniquitatis operatur, &
reuelatus est homo peccati, & sedere uidetur ab hominatio pro-
phana in loco sancto, iam dudū Helias & Enoch in spiritu, & uir-
tute uenerunt, qui cū hoc Antichristo depugnant, qui sīdeles, ne
ei uel ad horam cedant, dehortentur, admoneantq;. Atq; promo-
uerent certe plurimū, quāuis cū uitæ suæ maximo dispendio: Nē
pe quos ille in camino suo truculētissime propediem exurere nō
ueretur, Hieronymū Sauionarolam, uirū omniū suffragio facile
doctissimum, & pietatis Christianæ haud segnem patronū, Flo-
rentiæ tertii metu vulcano tradidit, Britāniæ Ioannis Vigleph of-
fa hominis nō facile cū quouis alio cōferēdi, postliminio in Ocea-
num spargēda decreuit, ne quid memoriae ipsius apud posteros
remaneat, né uel cū Christianis cōmune quippiam habere uidere
tur, ne humū quidem. Quidnī commemorem, Ioannem Hus, ac
Hieronymū præstatiissimos academiæ Pragæsis Magistros, quos
perfide ad Conciliū accitos, nulla discretione, sed mera sua tyran-
nide flammis cōcremavit: quod toti Christianorum orbi testatis-
simum est: Quid de nostris temporibus dicam: Ioannē Reuchlī
num, Ioannem Picum Mirandulanum literarū columna, quām
ille inique tractauerit: Sed needum contra Doctorem Martinū
Lutherum pietatis Christianæ ardētissimum inuestigatorem, ac
defensorem, & Ulrichum Huttenum, strenuissimū Germaniæ
equitem

equitem auratum, ira sua deferuit, ac indies suo illo feruentissimo iracundiæ igne, contra eos ardet, ac flamas intentat. Et ne hic oblitus uidetur, quanæ clavis Boemæ iampridem auctor fuerit, ut mactata tot Christianorum corpora, flumina sanguinis funde ret. Gemit Anglia sua pertesa iniurias. Neq; si ne dolore prospexitat Oriens, Christum exulare in occidente uidens. At uero diuina bonitate, breui iam futurū speramus, q; dominus iniquū hūc spiritu oris sui iugulabit, ut tandem in maiestate sua & decore ad uentus, quaspidam fidei reliquias adhuc in mundo reperiatur. Feruente enim disceptationum ac cauillorum inextricabilium in mundo studio, Theologia frigebat, pietas Christiana extincta est. E regione, incalescente Theologia, iam rigent contentiones, depereunt Pontificiæ fraudulentissimæ traditiones, Christi præcepta euacuantes. Vbiq; pietas queritur: uestigia, quibus in aucta deuenerat Ecclesia, reprehenduntur. Quomodo tamen hic Antichristus in pristinam conditionē reduci non patitur: sed indignatur, sed frenet dentibus, & quod postremum est: perire uult potius, quam corrigi. Qui tot iam retro seculis, ipsissimus triceps ille infernalis Cerberus (in cuius signum triplicem desert coronam, ne cui capitii sua desit) toto mundo iugiter oblatrabat, suo ueneno neminem non intoxicans, suam detrectantem catenam neminem non mordens. Sed iam duobus amissis capitibus, mitior est aliquanto bestia, quorum unius in eo duello iacturam passa est, quo Laurentius ille Valla acerrimus literarum, & pietatis censor, ac uerus ille Hercules ei occurrit, unumq; uastum caput mucrone amputauit: cuius latratus, totus orbis moleste, nec sine damno ferebat, dum sub Siluestri nomine, Lateranense palatium, omnibus alijs facile præcipuum, Romam, & totius Italæ, ac occidentalium regionum prouincias, loca, ciuitates, Constantini Imperatoris munificètia sibi donatas adstrueret, ut hac sola uoce, nihil iam propè in mundo uideatur, quod sibi non arrogasset. Quam uero strenue, & quam fortiter id sibi eripuerit Laurentius, commentitias etiam Bullas uerissime reprobans, hoc constat omnibus. Nec mis

nus tamen animo se hac tempestate nostra D. Martinus Lutheri
us, uelut alter quidam Theseus bestiam inuasit, caputq; detrunca
uit alterum, dum eum primatum, quo in totum debacchabatur
mundum, illi abstulit, fictitia Decretalium deliramenta solidissi-
mis testimonij expugnans. Sed hui, nondum sentit uulnera, uel
saltem dissimulat bestia, dum supremū illud, ac cæteris robustius
caput illæsum adhuc consyderat, quo se successorē Petri, cui prín-
cipatus inter apostolos obtigisse uidetur, oblatrat: E quo quidem
capite alia, quamuis detruncata, iterato subnasci uidentur. Non
aliud(ait) Constantiū mouit, quo in ecclesiam foret munifi-
cus, nisi q; Petrus ei stertenti in somnis apparuerit, quædamq; de
mandauerit obeunda. Pro cuius reuerētia exercefactus ille tan-
dem, imperio se abdicauit, illudq; in Siluestrum reiecit, & alias
ecclesiæ omnes parere eidem iussit, & uoluit, quo primatis Ro-
mani Pontificis erigatur, quem Christus Petro etiam obtulisse,
quamuis uarie ei uisus est. Vide nærias: & unde exurgunt: Re-
stat illi caput, quo se Petri successorem iactat, in quod quia nemis-
nem adhuc ensem distinxisse video, cum tamen omnium, qui-
bus se defendit bestia hæc, puppis (in adagio) sit & prora: diuina
ope subnixus: quamuis uiribus impar, sed tamen diuinis scriptu-
ris confisus, cum bestia congregiar, hocq; quod residuum est ca-
put illi auferam. Et ne quem lateat pugnandi modus: sacræ litera-
turæ militiam, in suas acies primum distinguam, quæ ut æque
sunt fortissimæ, ita citra timorem eas in hostem producam, comis-
nus uel eminus cum eo pugnaturus. Atq; eo prostrato: deinde
& spolium auferam, dec̄q; armatura ipsius praedam faciam, septē
quosdam cauillo s quibus se munire solet ille, certioribus testi-
monijs deprædaturus. Neque hic alicuius facio eorum calum-
nias, apud quos pietas, haeresis est: quamuis certo sciām, millies
me hæreticum uocitatueros. Enim tuero candidum lectorem inte-
rim moneo, ne protinus ipso libri offendatur argumento, int̄q; ip-
so uestibulo eius horreat animus: Conscientiam meam obtestor,
nullas huc fraudes, nulla mendacia, nec dolos me intrudere uolu-

ille; sed ut quæc^q scriptura germanum habuisse mihi uisa intelle^a
ctū, ita in meas hasce persuasions adduxi. Quod si quid sinistræ,
ac perperam dictum quis inueniat, statim suggillet, obliteret, ac
deleat, & me ad discendum propensum, obiter docere non ne-
gligat: Non enim piget me (ut cum Augustino dicam) sicubi hæ-
sito querere, sed nec pudebit, sicubi errauero, corrigere. Vale,

Liber hic duas habet particulas, quarum prior decem, & octo
comprehendit persuasions, q^{uia} Petrus nunquam post Christi pa-
ssionē Romæ fuerit: & q^{uia} Hierosolymis & nō Romæ passus sit.

Altera particula septem habet cauillos, quibus Rom. Curia il-
lis persuasionibus occurrere constieuit, quibus tamen uicissim
septem correspondent responsones, eos non aliter, atq^{ue} rudera
quædam dissipantes.

Prima persuasio.



Vum diligentissime euoluerim quotquot ad
manum fuerant historicorum, ac Theologo-
rum, eosq^{ue} non insimae conditionis libros, de
aduentu Petri Romam, de passionē & autho-
re mortis ipsius, nihil aliud, quam meras con-
trouersias illuc reperire potui, cum nemini fe-
rè cū altero satis conueniat: sed quilibet suū proferat iudiciū, uel
hoc solo suspectū, q^{uia} à cæteris dissentiat omnib⁹. Et ut paucos cō-
memorē è multis. Quidā in exordio imperij Claudi Petru Ro-
mā uenisse cōtendūt, quorū è numero est Orosius historicus nō
triuialis. Quidā anno Claudi secūdo, & illi sunt Hieronymus,
& qui suæ initūtūr authoritatī. Quidā anno eiusdē imperij quarto,
atq^{ue} est liber ille, q^{uia} temporū historias, ceu fasciculo quodā cōphēdit.
Præterea ab his omnib⁹ dissentit liber ille, q^{uia} sanctorū uitas enarrat,
& cōmuni⁹ passionale nomiñat. Is em̄ anno post passionē Christi,
Petru Romā applicuisse testat, q^{uia} qdē ann⁹ tredecim⁹ fuisset ipij
Claudi. Similiter q^{uia} annos mūdi, & annos ab urbe cōdita recēsent,

usq; ad aduentū Petri Romā, uel ei^s passionē, q; mutuo pugnant,
nemini obscurū est, q; mō Enneades Antonij Sabellici, historiā
Pontificum Platīnæ, ipsumq; Oroslum uiderit. Quæ quidem di-
uersitas, & si nil aliud esset testimonio, suspectū tamen petri Ro-
mam aduentū redderet, & falsam hanc probaret cōiecturam, q;
Petrus unquā Romæ fuisse. Quæ tamen adeo inualuit, ut tot se-
culis, qui ei reclamare ausis fuisset, habuerit adhuc neminem: Et
parū absuit, ne Romanensū aulicorū tyrannis, in fidei articulos
eam retulerit, ut quod nulla ratione probari potest, sola necessita-
te credi uideatur. Accedit ad hæc, licet neuter historicorum cum
altero sentiat, tamen aduersus legem Christi, quasi ex composito
omnes decertant, ut uel hoc unum uanas eorum fabulas ac deli-
ramenta prodat, quod cum Paulo Apostolorū omnī in scribē-
do locupletissimo, cū Luca Euangelista simul & Apostolicarum
actionū historiographo, inexcusabiliter contendat, ut inferius li-
qdo probabitur. Si nulla est sacræ scripturæ adstipulario, qua id
confirmari possit, & tā remota historia adeo cōfusa est, & fallax:
non stulte Petrum nunquā Christi post passionem Romæ fuisse
creditur. Alioqui si illic eum aliquando fuisse uerum esset, uero
omnia (dicente philosopho) cōsonarent. At dissonante lege, dis-
sidentibus mutuo historicis, quis nisi emotæ mentis uerum hoc
aliquando putauerit. Quanta sit enim in tam uetusissimis rebus,
tam remotæ historiæ fides, argumēto est Barptolemæus ille Pla-
tina, qui Ro. Pontificum res gestas describēs, ac multo etiam po-
steriora istis tempora tractans, s̄epius conqueritur uariationem
historiæ, maiorum neglectū, temporū perturbationē, quibus di-
strictus, nihil interea affirmare audet. Nempe, si Petrus Romano-
rum fuerat episcopus, dicant quem sibi successorem nominaue-
rit: & quis in locum ipsius fuisse suffectus? Si Linum dixerint,
latinorum turba obiter reclamabit, quóue id probet, diem dicer:
Immo & Græcorum plurimi in hac causa latinos non destituēt,
Chrysostomo in secundam ad Timotheum epistolam dicente.
Hunc Linum, aiunt quidam, secundum post Petrum Romanæ
ecclesiæ

ecclesiæ Episcopum fuisse : Donatus uero Teretianus interpres
inquit , aiunt usurpatur de re incerta , quam nos dicimus esse sal-
sam . Sin autem Clementi hic honor dabitur , quod multis placet ,
plures adhuc erunt , qui id improbent , & hanc gloriā erga Linū
reponant , Clementem non primo nec secundo , sed tertio gradu
primum , post Petrum statuentes . Deinde Pius' ne Anicetū , uel
Anicetus Piū præcesserit . Urbanus sub Diocletianō ne , uel sub
Aurelio Antonio degerit . Cornelius sub Gallo , an sub Volusia-
no , uel forte Decio passus sit : historia uariat , nec aliquid certi de
his rebus definiri potest . Nec mirū , si & multo his posteriora tē-
pora , eorumq; gesta , adeo sunt historicorum fragmentis depraua-
ta , ut nemini post hac integrum sit res grauiores eorum libris tu-
eri : siquidem id meretur (ut habet prouerbium) mendax , ne si ue-
ra tandem dixerit , ei credatur . Porro si ne Theologi eadē hīc sen-
tiunt , falsitas exinde illorum emergit . Discordia enim in scriptori-
bus , ut dixit ille , testimonium est falsitatis . Immo Augustinus ue-
ritatem ex eo cognosci docet , si scriptores concorditer in ea cōue-
nerint , necq; unus dissentiat ab altero , uel à plurib⁹ plurimi . Et idē
Augustinus , cum in multis alijs locis ad Hieronymum , & For-
tunatum , tum & hic ad Vincentium , de quorumlibet etiam san-
ctissimorum hominum scriptis loqui . Hoc genus (inquit) litera-
rum , ab autoritate Canonum distinguendum est : non enim sic le-
guntur , tanquam ex eis ita testimonia proferantur , ut contra sen-
tire non liceat . Et non Theologis duntaxat , in eiusmodi rebus ex
sacra scriptura non deducilibus , & ex eorum uarietate dubita-
bilibus credere nō adstringimur : sed nec ecclesiæ quidē , ut Tho-
mas in quodlibetis disputat . Eapropter , ad hunc modum sermo-
nem claudere licet , q; Petrus nunquam post passionem Christi
Romæ fuerit , de cuius aduentu illuc , diuina scriptura silet : histo-
ria secum diuariat . Doctores minus digni sunt , quām quibus hic
credatur : præsertim dum ita mutuo disceptent .

Persuasio secunda.

Petrūm Rōmā uenisse in exordio uel secundo, uel quarto im
perij Cæsarī Claudij, hoc est octauo, nono, uel undecimo post
passionem Christi anno dicētes, eorum imprimis refellit opinio,
qui Petrum in oriente quinq̄, uel secundum alios, septem annis
sele continuisse, tandem Antiochiam diuertentē, septē annis in epi
scopali sede resedisse, & in Ponto, Galatia, Bithynia, ac circumia
centibus Asiae prouincijs aliquā moram eū fecisse adstruunt. Nō
enī, si id uerū esset, Rōmā uenire nisi post quatuordecim, aut
quīdecim annos, hoc est septimo, uel octauo Claudij anno potu
isset. Quibus patrocinatur gestorū Apostolicorū scriptor Lucas
cap. xv. Controuersia em̄ inter quosdā de hæresi pharisæorū ex
una, & Paulum ac Barnabā ex altera parte, de circūcisōne, obser
uatione & legaliū habita, eas ob res discutiendas, in Hierusalem il
li descenderunt. Et factum est consilium Apostolorū, & seniorū,
inter quos Petro primæ loquendi porrectæ sunt partes: quanc̄
Iacobi Hierosolymitanorū presbyteri sententiæ omnes tādē sub
scriperint, eiusq̄ approbauerint oratiunculam. Quae res manife
stat Petrum nondum Rōmā diuertere potuisse, sed unā cum
Iacobo, & quibusdam alijs Hierosolymæ mansisse: uel forte in
partibus Iudææ Christum aliquandiu docentem Hierosolymam
tunc temporis rediisse. Et ramen multorum est opinio, Hierony
mo super epistolā ad Galatas dicente, quod circiter decimū octa
trum annum post Christi in cœlum ascensionē id factum fuisset.
Quod facillimum est creditur, si quis modo seriem rerum ab apo
stolis gestarum diligentius examinauerit. Cui ergo maior haben
da fides, Lucæ ne Euangelistæ, qui rebus ab apostolis factis uel
interfuerat ipse, uel à Paulo apostolo (cuius indiuiduus fuerat co
mes, & quo præsente hanc scripsérat historiam) erat edocuit.
An istis bellantibus mutuo historicorum, ac Theologorum op
inionibus? Quod si id necessario mihi dabitur, ut Claudij primū
nono, aut undēimo imperij anno Petrus Rōmā uenerit, & ibi
dem uigintiquinq̄ annis Episcopatum tenuerit, iam non à Ne
rone, sed Vespasiano potius martyrium passus fuisset, quod ne

minem adhuc unquam uel dixisse, uel scripsisse comperi. Ethine manifestarium est, ad nonum Claudi annum Petru Romanum uenire non potuisse.

Persuasio tertia.

Deniq; quod ne nono quidē anno illuc uenire potuisset, eiusdem imperij Petrus, Tranquillus in Claudio est author, qui Christianos tūc temporis Roma fuisse pulsos scribit: Claudi⁹ (inquit) Iudeos impulsore Christo assidue tumultuantes Roma expulit. Vbi Orosius addubitat, utrum contra Christum tumultuantes Iudeos coērceri, & comprimi iussent, an etiā Christianos simul, uelut cognatae religionis homines uoluerit expelli. Qui profecto si uel historiam rerum gestarum ab apostolis, uel saltem Paulinas legisset epistolas, nō ambigeret Christianos Iudeorum impietate & uersutia, Cæsarem, ac populum Ro. ad uindictā excitā te una cum eisdem Roma expulsos fuisse. Quippe uel Apostolo ad Romanos in epistola id testante: Inter alios namq; Christianos quos saluere iussent, Salutat⁹ (inquit) Priscillā & Aquilam, ad iutores meos in Christo Iesu, q; pro anima mea suas ceruices superposuerunt, quos sanè nisi Christianos Apostolus nouisset, in catalogo salutādorum Christi fidelium neutiquā reposuisset. Attamen quomodo Iudeus genere Aquila ille fuerat, quis in Christū unā cū coniuge crediderit, nihilominus hūc tamē Lucas in actib⁹ Iudeū Ponticū nominat in hac uerba, Post hac (inquit) egressus ab Athene Paulus, uenit Corinthū, & inueniens quendā Iudeū nomine Aquilā, Ponticū genere, qui nuper uenerat ab Italia, & Priscillā uxore eius. Eo q; præcepisset Cladius discedere omnes Iudeos à Roma: accessit ad eos, & quia eiusdē erat artis, manebat apud eos & operabat. Et ne quis dubitet Christianos eos fuisse, addit⁹ Lucas in calce capi. duodeuigesimali dicens: Iudeus quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere vir eloquēs, deuenit Ephesum potēs in scripturis, hic erat doct⁹ uia domini, & feruēs spū loquebat, & docebat diligenter ea, quae sunt Iesu, sc̄iēs tantū baptisma.

Ioannis ,quem cum audisset Priscilla , & Aquila , assumpserunt eum , & diligentius exposuerunt ei uiam domini . haec Lucas ad uerbum . Et totum hoc caput declarat Priscillam , & Aquilā Christianos ex Iudaeis factos , Roma unā cum alijs expulsoſ fuisse . Quod iterū docent Paulinæ literæ , quas nouissime iam ubi tempus resolutionis suæ propinquauerat , ad unice dilectum discipulum Timotheum suum miserat : Saluta inquit Priscillā & Aquilam . Vnde nō solum Christianos , sed sincerissimos quoq; Christianos eos fuisse constat , utpote quos Apostolus data modo occasione nunquam non salutabat . Nihil hic moror , quod Stapulē sis tam in hac ad Timotheum , quām ad Romanos epistola innouat , uerba apostolica ad hunc modum exponens : salutat uos Priscilla & Acyla : uel Prisca & Acyla , Origenem , Chrysostomum , Ambrosiū , & tot doctissimos alios interpretes : imo & ueterem ipsam traductionē , cui in hac parte ERA SMVS nihil dergat , hic sequi malo . Quid restat igitur dicere , quām Petrum ad nonū usq; Claudiū annum Romā nō uenisse ? Qui enim illac uenire tunc potuerit , cum cæteri omnes cum Iudei , tum Christiani inde pellerentur , & in tantum stomacharetur Roma ? Qui si posthac Romam aliquando uenerit , ac uigintiquinq; illic deliterit annis , Vespasiano eius imputaretur martyrium , quod de tam benignissimo erga omnes principe credere nefas est , & nemo est omnium , qui hoc affirmare audeat .

Persuasio quarta.

Pergamus iam eo ordine ostendere , ne ad uigesimum quidē annum post Christi passionem , uel in coelum ascensionem Petru Romam uenire potuisse . Quod ex uerbis discipuli , à suspcione apud Galatas se purgatis clarissimum est . Dicit enim in ea quam ad Galatas dederat epistola : non à quopiam hominum , sed solo Christi munere , euangelicum mysterium sibi contigisse : Et quod dixerat , ne cuiquam uideretur falsum , probat inquiens post miraculosam suam ad fidem Christi conuersionem , non in Hierusalem ad Apostolos se declinasse , sed protinus Arabiā abijs se : tandem

se: tandem iterato Damascum repetiisse: & tum tertio loco pri-
mum tribus reuolutis annis Hierosolymam uidendi Petri gratia
transmigrasse. Denique post quindecim dies postquam Petrum & la-
cobum fratrem domin*i* uidisset, dicit quod iterum Hierosolymam re-
liquit, ac in partes Syriae, & Ciliciae deuenit. Deinde assumpto
Barnaba & Tito, post integras quatuordecim annos, rursum
Hierosolymam rediit, quo euangelium, quod in gentibus prae-
cauerat, cum his qui apostolorum uidebantur columnae conser-
ret, & iterum Petrum una cum Iacobo, & Ioane illic reperit. Et
sic certū est totis illis septemdecim annis Hierosolymis, & in col-
limitaneis regionibus Petrum sese continuuisse, nec unquam Ro-
mam recessisse. Additis enim quatuordecim annis, quibus Hiero-
solymam reuenerat, ad annos tres quibus proxime post conuer-
sionem suam uisitauerat Hierosolymam, decem & septem anni
proueniunt. Demū postquam Petrus aliquādiu citra Paulū mo-
raretur, Antiochiam ueniens in eum incidit, quem ille acerrime
illic obiurgauerat, & eidem in faciem restitit, eo quod non recte am-
bulasset ad ueritatem euangelij: & simulationi non modo ipse fu-
it obnoxius, sed ad hanc alios quoque iā tum pertraxerit: Dixi (in-
quit) Cephæ coram omnibus, si tu cum Iudeus sis gentiliter ui-
uis, & non Iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare? Inter quā
reprehensionem Petri, & pristinam eorum ab iniuicem discessio-
nem aliquid temporis certe interuenerat. Ad hæc, post Christi as-
censionem, non mox Paulus Christum agnouit, nimirum qui dū
Stephanus saxis obrueretur, enecaretur quod assistens, mortem ipsi-
us in deliciis habuerat. Dicitur enim Actorum septimo. Testes
autem deposituerunt uestimenta sua secus pedes adolescentis, qui
uocabatur Saulus. Et solus met inferius ca. xxij. ad Christum que-
ribundus loquitur: Cum funderetur sanguis Stephanī testis tui,
ego astabam, & consentiebam, & custodiebam uestimenta inter-
ficientium illum. Vide quām hoc tempus ab ascensione Christi,
ad usque obiurgationem Petri Antiochiae à Paulo factam facile ui-
ginti etiam annos superet, quibus tamen Petrum certum est Ro-

mae nondum fieri potuisse: quamuis nec postea unquam illuc fuerit. Verum demus hoc aduersarijs, quod Petrus anno uigesimo Romanam appulisset, iam ad tredecimū usq; annum imperij Claudiij ille aduentus prorogaret. Quod si huc trahatur uigintiquinq; anni, quibus Romanā moderatus est ecclesiā, interim Vespasiani temporis ei⁹ mors irrogaretur. Quod omnis omniū historiorū libri ut falsissimum auersantur. Producamus huc Romanorū imperatorum tempora, quo res fiat euidentior. Lucas euangelij sui cap. tertio, anno imperij Cæsaris Tiberij quindecimo Christū dicit uerbū dei prædicare incepisse, qui tādem post tres annos, & aliquot menses prædicationis suae mortē sustulit, anno eiusdē imperij decimo octauo uel ultra, Tiberio post passionē ipsius annis tribus imperante, post hunc Caius Gallicula annis tribus, mensibus dece, & octo diebus iperans uita functus est. Claudius anno quatuordecimo imperij moritur. Nero totidē annos in imperio explesse dicitur. Otho Sylvius infra nonagintaquinq; dies imperium alteri cessit. Aulus Vitellius octo mensibus imperauit. post hunc Vespasianus decennio Romanis sese imperatore præsttit, sub quo Christiani pacifice Romæ degebant, nullis ab eo uexati persecutionibus. Quæ igitur iniqtas in tā benignissimū principē, hāc rei scere iniuriā, tanquā ille Petri intersector aliquādo fuerit.

Persuasio quinta.

Sub hæc, necq; tūc tēporis quādo Paulus Romanis scripserat Petru⁹ Romæ fuisse, hæc ipsa epistola ad Romanos porrecta argumento est, quam quidem satis longo tempore ab Apostolo nō fuisse descriptam cōstat. In qua ipse, ut Origenes meminit, omnibus numeris absolutior fuerat, quam dū Corinthis scripserit. Et iccirco post utrūcq; ad Corinthios epistolā hanc scriptā fuisse, contendit Origenes. Athanasius uero, & post primā quoq; ad Tesalonicēses, attamē alterā ad Corinthios, nō mox post eā quæ prior est, exarauit Apostolus. Si quidē in ea quæ prior est, incastum quendā Corinthiorū ecclesiæ seniorē, qui cū uxore patris rē ha- buerat, acriter taxat, & ex unitate fideliū emancipandū præcipit,

huncq; spiritui maligno in potestate tribuit, modo spiritus in die domini Christi Iesu saluus fieret. In altera uero, postquam ille respuit, ac admissum digna cōpunctione, atq; poenitidine defleuit, rursum unitati, membrorūq; Christi cōmunioni restitutus est. Ac tandem post missas ad Tessalonicēses literas, ubi iā tertio Corinthū uenerat, per Phebē Cencherēsem fœminā ad Romanos epistolam dixit, in cuius calce multos fratrum nominatim saluere iubet, & qui pridē illius opera in Christum crediderūt, & qui quam piam in eū dexteritate usi sunt. Tū qui ecclesiæ illius antistites, ac seniores fuerunt, ueluti Narcissum, Andronicū, Iuliā, Priscillam, & Aquilam. Qui igitur fieri potuit, si Paulus Petru tunc Romæ fuisse credidisset, ut digna hunc salutatione nō dignaretur: cuius ille obseruantissim⁹ esse, & nihil honoris ei non deferre pro sua canicie, & apostolatus honestate debuerat. Sed ieluctabilis hæc est ratio, Petrum Romæ tunc temporis non fuisse. Facebat ergo uaria frictia Romana hanc sibi gloriam ambire, nihil enim aequa falsum est, atque hæc arbitrary aestimatio.

Persuasio sexta.

Accedit & istud ad corroborādū, qđ Petrus ad ea tēpora, quibus Paul⁹ Romanis literas destinauerat, Romæ nō fuisset, quia diu Ambrosius, suo epistolā ad Romanos, in quibusdā uetus tis codicibus dicit se legisse Narcissum illo tēpore Romæ presbyterū fuisse, cuius domū Apostol⁹ saluere iubet, hic tñ (inquit diu⁹ Ambrosi⁹) officio peregrini fungebat, exhortationib⁹ firmās credentes. Qđ sanè nuperus Romanus presbyter neutiq; faceret, à q; nihil tā est alienū, quām uerbī diuinī prædicatio. Et id propter, uelut claud⁹ (ut Plautino utar dicterio) sutor, domi totos sedet dies, cupediarū delitijs uoratrīnā explēs. Nisi forte ostētādæ pōpæ causa, ad Lateranense palatiū interdū p̄orepat. Porro ut ad rem ueniam⁹, hic scito est opus, apud primitiū ecclesiā nullos fuisse, q; dicerēt summi Pōtifices, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi. Nempe quae duos solū ecclesiasticos habuit ordines, Presbyters uidelicet, & Diaconos, ut ex ea claret, quam Philippēlibus

Apostolus è Roma dederat epistola. Paul⁹, inquit, & Timothe⁹
serui Iesu Christi, Omib⁹ sanctis q̄ sunt in Christo Iesu, qui sunt
Philippis cū Episcopis, & Diaconibus, Nā idem uocabātur pre
sbyteri, episcopi uel seniores, ut ex epistolis Paulinīs est manifestū
simū. Quin in Actis quoq; Apostolorū, ad Ephesinæ ecclesiæ pre
sbyteros inquit. Quia uos spūssanc⁹ posuit episcopos regere ec
clesiā dei. Et Petrus, qui & ipse presbyter multarū ecclesiarū fue
rat, ad presbyteros dispersionis Pōti, Galatiæ, Cappadotiae, Asiae
& Bithyniæ scribēs, seniorē se nominat dicēs: Seniores ergo qui
in uobis sunt, obsecro cōsenior, & testis Christi passionū. Ignora
uerat credo tū adhuc superciliosum summorum pōtificū nomē, uel
abhorruerat plane. Et ut regrediamur ad priora. Presbyteri dice
bātur, qui ecclesijs ueluti quidā proceres praeerāt. Vnde aposto
lus in priori ad Timotheū epistola: Qui bene (inquit) praeſunt pre
sbyteri, duplīci honore digni sunt. Et ad Titū: Hui⁹ rei gratia reli
qui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & cōſtituas per ciuitates
presbyteros, sicut ego præscripsi tibi. Igī hīc per Narcissum pre
sbyterū seniorē, aut Episcopū Romanæ ecclesiæ fuisse itelligim⁹,
qui nō modo ei⁹, sed & aliarū circuitacētiū ecclesiarū, & Christi fi
deliū curā gerebat: cui⁹ etiā familiā, ob ingenias ei⁹ uirtutes Pau
lus salutare præcepit. In sup Andronicus, & Iulias, duo ē septua
ginta duorū Apostolorū nūero (ut Origenis est opinio) Romæ
ea tēpestate fuerāt, quos hac prærogatiua honoris, ad Romanos
in epistola salutat apostolus: Salutate (iūnit) Andronicū, & Iuliā
cognatos meos, & cōcaptiuos meos, q̄ sunt nobiles in Apostolis
qui & ante me fuerūt in Christo Iesu. Adde, Priscilla, & Aquila
(ut Ambrosij suffragat authoritas) nō ociose Romā uenerūt, qui
quoniā prop̄p̄siores erāt in deuotione, ideo ad cōfirmationē Ro
manorū missi fuisse intelligunt, de quib⁹ ad hīc modū Paulus lo
quitur: Salutate Priscillam, & Aquilam, adiutores meos in Chri
sto Iesu, qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt. Eapro
pter quid opus Roma tunc habuerit Petro iueterano, & iam uiiri
bus defecto non coniūcio. Nempe cum habuerit legítimum pre
sbyterum

¶ Yterum Narcissum, apostolos Christi doctrina insignes, Andromicū & Iuliam, & cooperatores in euangelio non contemnedos Aquilam & Priscillam. Sed hoc cítra omnem controuersiā uerum est, quod Romæ tunc temporis non fuerit: Nam si neminem non salutat eorū Apostolus, uel qui seniores fuerant, uel qui cognati & cogniti, quomodo unum Petrum non salutasset, quocum firmissimā amicitiam & societatem iampridem iniuerat, &c. eius uidendi desiderio antea Hierusalem petere nō dubitauerat. Et hinc apparet, usq; ad Neronianī imperij tempora Petruū Romæ non fuisse. Quod si uiginti & quinq; annis illic resederit, à quo tamē morte passus est: Hic tussiunt Romanī sycophantæ, non se-
cūs ac indocti quicq; cantores, qui locum fecerunt prouerbio, haec
statio cantorum, ut communiter dicitur, tussis est.

Persuasio septima.

Huc producam, & quod Apostolus ad Galatas narrat in epistola: Creditū est (inquit) mihi euāgeliū præpucij, sic & Petro círcuncisionis. Qui nāq; operatus est Petro in Apostolatū círcuncisionis. Qui nāq; operatus est & mihi inter gentes. Tandē manifestat, quomō pactus fuisset cū Iacobo, Petro & Ioanne, in synodo, quæ Hierusolymis super legaliū obseruatione habita est, ut ipsi in círcuncisionē, hic uero inter gentes cū Barnaba prædicatū proficeretur. Quomō itaq; tam cito Petrus pactū immemor fieri potuit, & alienas partes sibi usurpare, cū Roma toti⁹ paganismi mater tunc fuerit? Quinimmo, si círcuncisionis fuerat Apostol⁹, quō Romæ tot annis, ad Pauli uidemus illac aduentum, cū Iudæis nihil ei fuerat negoti⁹. Adueniente nanque illac Paulo, ut Lucas in Actis Apostolorū ait, dicunt Iudæi ad eū: De secta hac notum est nobis, quia ubiq; ei cōtradicit. Rogam⁹ enim te audire quæ sentis. Nos enim neq; literas accepim⁹ de te, necq; adueniēs aliquis fratrū nūciauit, aut loquut⁹ est quid de te malū. Quos tandem copiosa illa, ac uberrima oratione sua alloquut⁹ est Paul⁹, à mane usq; ad uesperam sermonem protrahens. E quibus aliqui dictis crediderunt, quidā uero renuerunt credere; Et nūc anteā audita au-

ribus haurientes, adinuscē tumultuabantur, & inultam inter se habebant questionem. Quid ergo Romæ tanto tēporis interuallo fecerat Petrus, si iudeis ea quæ à Paulo audierāt, noua & inaudita uidebant: nec aliquem se pri⁹ audiuisse dixerūt, qui ei⁹ sectæ instituta, & rit⁹ eis declarasset: Et proinde Paulum, ut quæ sentiat diceret, uelut uno ore postulabāt omnes. Videat qui uult, quām sit tutum Romæ Petrum aliquando fuisse credere.

Persuasio octaua.

Iam ad ea usq; puenimus tēpora, quib⁹ Hierosolymis iudeorū coact⁹ insolētia Paulus, ad Cæfarem appellauit, ac Romā deducetus, catenis horredis in carcerē coniectus est, illicq; in conducto suo, quod ei carceris fuerat loco, toto biennio permāsit. Nec profecto parua haec erat mansio, ut Hieronymus in epistola ad Philemonē loquitur, ad quā iudeorū turbæ quotidie cōfluebāt. Nam suscipiebat oēs, ut in Actis Lucas scribit, qui ingrediebātur ad eū prædicans regnū dei, & docens quæ sunt de domino Iesu Christo cū omni fiducia sine prohibitiōe, allectās ad fidē Christi hoīes, ut uerbis, ita & literis. Multos enim, eo cōcionāte, nō modo plebeos, sed & de regia Neronis, Christi fidē suscepisse, ipsius epistola ostendūt: Ad Philippenses enim ē cōducto suo scriptitās: Salutat̄ uos, inquit, omnes sancti, ac quidem maxime, & qui de Cæfariis domo sunt. Quin epistolās quoq; aliquot in vinculis dictauerat pia admonitiōe, & Christiana pietate plenas, ne ecclesiæ Christi pulchre ab eo institutæ, eius absentiā in deterius laberētur. Nā quos uiua uoce cōuenire nō poterat, scriptis tantisp; admonebat, ne suæ professionis obliti, à Christo aliquādo exciderēt, præcipue Galatis post pseudoapostolos, retro à Christi fide ac suis rudimētis abeūtib⁹, epistolā ē Roma scribere nō dubitauit, uerbis etiam asperioribus eos cōmonefaciēs, ne uafritia & astu à Christo abduc̄ se paterētur. Deū obtestans, q; quæcūq; illū in mādatis dederat, ea nō ab hoībus, nec per hoīes nact⁹ unq; fuisset, sed sola benignitate Iesu Christi: Nimirū quib⁹ tam firmiter credi oporteat, ut si angelus quoq; uel ipse met secūdario ad eos aliquādo uene-

rit, ac diuersum quiddā docere uoluerit, probrosum ac execrabi-
le id fieret: in qua epistola Petri aliquot locis meminit, cuius testi-
moniū in hoc negotio, ut Galatis quod dixerat facilius persuade-
ret, mirū in modū illi fuerat necessariū. Nō tamen uspiā eius mē-
tionem facit, an Romæ ipsum tūc habuerit collegā, uel si eis quæ
scriperat, & ille subscribere uoluerit. Qui certe, si tū Romæ fuīs-
set, saltē eius nomie eos salutasset, quo facilius tā eminentis Apo-
stoli uocabulo permoti resipiserent, & ab extranea doctrīna se-
gregati, ad mentē redirēt quādoq;. Attī nihil horū fecerat Apo-
stolus, qđ maximo est testimonio, neq; ea tēpestate Petrū Romæ
fuīsse. Cū tñ uigintiquinq; anni, uel scdm quosdā uigintiseptē, à
Christi passione, aut ascēsione præterierint. Cæterum neq; in ea,
quam ad Ephesios Romæ scriperat, epistola ullam eius mentio-
nem facit, cuius tamen hæc semper alias fuerat cōsuetudo, ut col-
legarum suorū nomine, in Christum credentes salutaret.

Persuasio nona.

Indīcio sunt, Petrū tpe Pauli Romæ nō fuīsse, & literæ quas p
Epaphroditū ad Philipp. dederat Apostol⁹, in qbus multorū eos
admonet, & q erga illū tūc tpis gerebāt, manifestat: maxime aut
quātū illic in euāgelio, pfecerit dicens, sua occasiōe passim Romæ
euāgeliū pdicari ab oib⁹, eodē qđē ipetu, quāuis diuerso studio.
Quidā em uīculis & cōstātia ipsi⁹ aniati, syncero affectu, & uere
Christianā intētiōe, fidē Christi Romæ oī timore exuto, inuulgā-
bāt. qdā uero sola cupiditate nocēdi Paulo, ad euāgelizādū Chri-
stū trahebāt: putabāt em fore, q Neronis tyrāni, cui nomē Christi
fuerat possum, puocata iracūdia, Paulina gloria in euāgelio faceſ
seret, ac tyrān⁹ in eū, uti ei⁹ pfessionis authorē, grauius aīaduerte-
ret. Fīt em, q maxie nobis nocitura sciuerint, hæc ad nostrā pñiciē
inīci palām euīulgāt: Tū aīt Paulus sibi nō esse curāe, dū quis mō
euāgeliū annūciet, & Christ⁹ orbi innotescat, suū hoc ad uitā, siue
ad mortē illi sit cessurū. Maluit em cū euāgeliū lucro mori, q absq;
pfectu uiuere. Res pfecto miraculo digna, si Petr⁹ tūc Romæ fu-
erat, qmadmodū multis iā annis inībi agere debuerat, quō Chri-

Si nōmē tā moleste à Paulo Roma audierit, ut subornati ī hoc etiā pleriq̄ hoīes dolosi sub Christi p̄dicationis obtēti, Pauli exitiū q̄re rēt. Nū uero otiosus tot annis illīc delituerat, & Christi occultauerat fidē Petr⁹, timēs ne in eū s̄euisset tyrān⁹, utq̄ facili⁹ eorū insidiās, q̄ aduersabānt̄ Christo, subterfugerit. Nā si annuatim euangelium Romæ prædicauerat, ea res nō debuit esse Paulo timori: si qui dē Roma tot iam annis antea Christū patiētissime à Petro audierit: Immo quantummcūq̄ tumultuante Roma, tyrannus ad uindictā irritaretur, in Petru p̄mit⁹ resultasset hæc iniuria, utpote qui caput eius negocij fuerit. Ecquid igitur formidarat Paulus, ne faba hæc in suo, quod dicitur, cuderetur capite nō uideo. Ad hæc, in fine eiusdē epistolæ subdit. Salutant uos omnes sancti, maxime uero qui de Cæsarīs aula sunt, maxime prorsus dicere debuit Petrus, omniū nostrum ueluti quidam antesignanus. En quām in se curū est dicere, etiā tunc tēporis Petru Roma fuisse, dum Paulus captiuus illīc teneretur, hac persuasione clarissimum est.

Persuasio decima.

Colossensibus per Tychicū ac Onesimū scribēs Paulus in recessu epistolæ addit: Salutat uos Aristarchus cōcaptiūs me⁹, & Marcus cōsobrīnus Barnabæ, & Iesus qui dicitur iust⁹, qui sunt ex circūcisione. Ii soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerūt solatio. Salutat uos Epaphras qui uestras est, seru⁹ Iesu Christi. Salutat uos Lucas medic⁹ charissim⁹, & Demas. Vide quām omnes nominatim enumerat, qui tūc ei aderāt, & cooperatores eius erāt in regno dei, hæc est ecclesia Christi. Gregorius enim inquit: Sæpe in sacro eloquio regnū cœlorū præsentis tēporis ecclesia dicitur. Et Christus apud Lucā, regnū dei, inquit, intra nos est. Quas ob res Paulus dicit: Ii soli sunt adiutores mei in regno dei. Quid ergo Petrus, nunquid tanquam ueteranus quidam, ac emeritus miles in ocium tunc se receperat, ut nō pro sua uirili euangelicas adiuuaret partes, cooperatores in regno Christi non fieret? quod de Petro sentire horret anim⁹: proinde nō te habuit tūc Roma Petre. Nam si fuisses Roma & Paulu eundem Christū prædicantem

dicantem non iuueris, eius iā factio[n]is fu[er]tes Apostol[us], quae non
Christū ædificaret, sed destrueret, ac demoliretur. Omne em̄ re-
gnū, Christo dicēte, in se diuīsum deslabit, ac dom⁹ supra domū
corruet.

Persuasio Vndecimā.

Onesimus, quē Phrygem genere quidā fuisse putat, Philemo-
nis Colossei seruus, cōpilatis rebus quibusdā ipsius Romam fu-
gitiuus uenerat, illicē Paulo de Christo concionāte audito, Chri-
sti nominis factus est candidatus, ac baptismatē in Christicolarum
consortium ascitus. Porro ne quid labis pristinæ scelestæ uitæ in
eo remanserit, conscientiā Apostolo aperuit, & iniuriā, quam do-
mino suo intulit, rebus quibusdā illius surreptis cōfessus est, quē
Paulus, quia nimium adamarat, non sibi temperare potuit, quin
protinus benigno, ac scito epistolio eum Philemoni recōciliasset,
hanc sibi iniuriam in Philemonē bene meritus donari postulans.
Et si quid dāni re pecuniaria, aut alia quæuis, Onesimi profugio
acceperit, pro eo se uadē ponens, omniaq[ue] se depensurum eius lo-
co promittens. Et in epistolij principio Philemonē Appiam uxo-
rem ipsius, & Archippum Colossensis Ecclesiæ episcopum salu-
tans, quo id facilius pro quo interpellauerat, ut sensit Chrysosto-
mus, impetrasset, Timothei nomen adiungit dicens. Paulus ser-
uuus Christi Iesu, & Timotheus frater Philemoni &c. Cur hic Pe-
tri nomen in salutatione Paul⁹ supprimit, si Timothei apposuit,
qui faciliter tam magni euangelici præconis autoritate motus of-
fensam forte Onesimo cōdonasset? Proh pudet me tot seculorū,
quibus Paulinæ literæ tineis corrosæ, situ ac pædore fœdatae, in-
tra angulos delituerant, passimq[ue] ab omnibus negligebātur, qua-
rum lectio tot erroribus, ne in ecclesia subnascerentur, uel sola oc-
currere potuerit. Quid enim tam manifeste ostendere potuit Pe-
trum Romæ nō fuisse, quam hæc ad Philemonem epistola à Ro-
ma per Onesimum transmissa? Sed nunquid forte Philemonem,
& presbyterum Colosensem Archippum, nomine Petri salue-
re iubet Apostolus, ad finem epistolæ properem⁹: Salutat te Epa-
phras (inquit) concaptiuus meus, Marcus, Aristarchus, Demas

& Lucas adiutores mei. O infelicem Petrum, si tum Romæ fuerat, & Paulum in hoc honestissimo destituit negotio.

Persuasio duodecima.

Peracto iam dicto biennio, multisq; Romæ ad fidē Christi cōuersis, ac epistolis hinc inde p; ecclesiās trāsmis̄s, tādē Paulū in libertatē afferuit Nero, ē cōpedibusq; dīmittere fecit, qd' ipse met ad Timotheū testāt Paul⁹ dicens: liberatus sum de ore leonis. Captiuitas etenim hæc intra hoc quinquenniū fuerat, de quo Traianū impatorem Sex. Aureli⁹ dicere solitū memorat, procul distat cūcti principes à Neronis quīnquennio: adeo enim comis, benign⁹, affabilis & modest⁹ quīnq; prīmis sui imperij annis Nero fūerat, ut de eo Tranquillus scribens, à pietate hunc imperij exordia fecisse dixerit. Et tantū aberat, ut infra hoc quīnquenniū Nero morti deuouerat quempīā, q; moleste & indignāter eis, q; mortis sententiā in aliquem pronūciauerint, pro consuetudine subscribere etiam fuerat solit⁹. Nam semel admonit⁹, ut in supplicio cuiusdā capite damnati ex more subscriberet, quām uellem (inquit) nescire literas. Hic igit̄ pro sua erga omnes beniuolentia Paulū tūc temporis dimisit liberū. Reliquis autē nouem impīj sui annis, in omnē luxū, turpititudinem, truculētiam adeo se effudit, ut impietate omnes facile, scelestissimos etiam hoies superasset. Quamuis Ioseph⁹ libro antiquitatū uigesimo, capite sexto, nīmis incertam de Nero ne esse historiam tradat: dicit namq; , Multi de Nerone historiam cōscripserunt, quorum quidam pro gratia beneficiorum eius neglexere ueritatem. Alij uero propter odiū & eius inimicitias, sic impudenter mēdacijs inuoluti sunt, ut aperta reprehensione sint digni. Ideo saeuēte iā Nerone, ac tyrāno nō imperatore existēte, post decenniū iterū Paul⁹ in uincula relapsus est, & peius quām unq; antea ab eo habit⁹. Vñ epistolā illā, quæ ad Timotheū habet altera scribēs, prioris captiuitatis meminit his fermēuerbis: In prima mea defensione nemo mi astitit, sed omnes me dereliquerūt, nō illis imputet: domin⁹ autē mis̄i astitit, & cōfortauit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes, & liberatus

sum ex ore leonis. Vbi tunc Petrus fuisse censendus est? Romæ
revera nō fuit; alioqui Paulo causam pro capite apud Neronis tri-
bunalia peroranti, & se se defendantem eum non adfuisse, iniquum
prorsus fuisset. Quem si ex industria quoq; dereliquerit, nulla ex-
cusatione deinceps dignus haberetur: Ego tamen millies tolera-
bilius iudico, Petrum nunc Romæ fuisse credere, quām hanc ca-
lumniam, q; Paulū destituisse, in tam sublimē Apostolū reīcere.

Peruersio tredecima.

Notū est Lucam Euangelistam, & Apostolicarū actionū histo-
riographum, īdiuulsum totius peregrinationis Paulinæ fuisse so-
cium, quem ille filij semper dilexit loco, honorificamq; eius men-
tionem pleriscq; facit in locis dicens, illius maximā laudem in euā-
gelio fuisse. Nam cū omnes etiā à Paulo defecerint, hic solus nū-
quā ei non adhārebat, non minis, non uinculis, non sexentis per-
secutionib; perterritus: Cuius historia ad hæc usq; tpa, quibus
Paulus uinctus ē Hierosolymis Romā perductus, ibicq; in cōdu-
cto à milite custoditus est, peruenit. Veluti eius rei capite ultimo
copiose meminit: quomodo uidelicet Paulus Romanū perduct
fuerit, quomodo fratres, qui eo tempore Romæ fuerant, ad Ap-
pij forum ei obuiam uenerint, quomodo tritum dierū spacio euā-
luto, Iudeos ad se accitos habuerit, quomodo colloquiutus cū eis
fuerit, quomodo eos cōsutzerit, & singula ordinatim prosequi-
tur. Nullā tamen alicubi mentionē de Petro facit, an uel alloquio
Paulū aliquando dignatus fuisset toto hoc biennio, uel quid rerū
Petrus Romæ fecerit interi, dī Paulus uerbū dei ardētissime illic
tū deprædicasset. Et tñ tunc tpis hanc historiā fuisse scriptā credit,
quando Paulo Romæ in catenis degenti ille intrepide ministras-
uerat, qui usq; adeo Pauli studiosus fuerat, ut quicquid hactenus
de eo cōoperat, cūcta in suā historiā diligētissime cōgellerit, etiam
Hieronymo de uiris illustrib; attestatē: Luce inquit historia usq;
ad biennium Romæ commoranti Paulo peruenit, id est usq; ad
quartū Neronis annū. Ex quo intelligimus in eadē urbe librū esse
compositum; Iḡitur uisionem Pauli & Teclæ, & totam baptizati

Leonis fabulam, inter Apocryphas scripturas cōputamus. Quāle enim est, ut īdiuiūus comes Apostoli īter cæteras eius res hoc solum ignorauerit: hactenus Hieronymus. At quid hoc nō ne non solū Apocryphū, sed plus, quām falsissimū erit, Petrū Romā secundo Claudiū anno uenisse, ibi q̄ uiginti quīnq̄ annis episcopatum tenuisse? Cui⁹ Lucas in tā p̄fēctissima diligētissimaq; histōria nullā mentionē facit, qui dubio procul, si tunc Romæ fūisset, nō hoc toto biennio ociosus complicatis, ut dicitur, manib⁹ illic sedisset, uel saltē non sic delituisset, quin à Paulo uel Luca conspici, inueniri c̄ interdum potuerit.

Persuasio Quatuordecima

Circiter uigesimū septimū post ascensionē Christi ad patrē, ac Neroniani īperij quartū aut quintū annū, Petrū Romæ nondū fuisse, id īā tā manifestū, quām quod manifestissimū est. Sed quia neq; ultimo Neronis anno, hoc est post passionē Christi, & ei⁹ ad parētis dexterā ascēsionē tricesimo septimo illic uenire potuerit, hoc deducit. Qm Paulus ē manib⁹ Neronis elapsus in Hispaniā, ut Lyra & ali⁹ quidam uolunt, & partes occidētis iter adornaerat. Eius enim intētionis Apostolū fuisse, etiā cū Romanis literas scripserat certū est. Peractis aut̄ ibi decē annis, rursum ad Neronis man⁹ deuenit, & mortē accelerare uidēs, scripto Timotheū cōmonefacit, ut assumpto secū Marco Romā se se recipiat, eo q; præter Lucā, nullus īā ei residuus fuerit collega: Sed quō tuis dictis, mi Paule, fidē habere potero, cū tota hæc Romana colluuiies, à se cundo Claudiū anno usq; ad finē īperij Neroniani, Petrū perpetuo Romæ durasse exerta uoce proclameret: Qui ergo fieri potuit ut sol⁹ cū Luca Romæ fueris? O doctor gentiū facile id tuæ credo ueracitati, Petrū Romæ nunq̄ te uidiſſe, & alijs recedētibus, solum cum Luca remansisse. Nihil me mouent uerba sacræ scripturæ tyrānorū, qui Christum, ac tua dicta adulterare, fœdissimeq; prostituerē in delicijs habent. Cæterum eadem epistola scribit: Det misericordiam domin⁹ Onesiphori domui, quia sape me refrigerauit, & catenam meam non erubuit, sed cum Romā ue- nisset,

nisset, sollicite me quæ siuit, & inuenit, det illis dñs inuenire miseri cordia à deo in illa die. Nō obscurum est ex his uerbis, quātæ gra titudinis erga eos fuerit Apostolus, qui officium aliquid in eum contulerint, ut nō possit hic satis gratulari, ac suum gaudium uer bis exprimere, quod ei conciliauerat Onesiphorus suo aduentu, qui peregre ueniens, non tamen conquieuit, donec hunc inuenis set. Potuit certe Onesiphorus hic à Petro, si tūc fuerat Romæ, certior effici, quo locorum Paulus Romæ se se continuuerit, & libera tus fuisset multum anxia illa sollicitudine, qua Paulum hinc inde p Romanum discurrendo inuestigauerat. Mirum, si Paulus neminem præterit, à quo aliquid persentiscerit beneficium, qd Petrum Romanum, ut aiunt, incolam, suum nunquam scribit aduisitasse carcerem, quem tamen amantissimum sui semper habuerat fratrem: nempe à quo in Catholica illa sua Paulus charissimus nominatur frater. Quamobrem uerissimum est ad ultimum usq Neronis annum Petrum Romæ non fuisse, cum nec, saluere iubens Timo theum, fratrum qui Romæ tunc aderant nomine, Petrum adm̄ moret. Salutant te Eubolus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes. Non video, Cur ex industria suppressimere Petri non men uoluisset, cuius alioqui semper fuerat obseruissimus. Quo modo iccirco uiginti & quinque annis Romæ egit: quomodo à Neroni passus est, cū nec sub eius impio uenire quoq illac potuerit.

Persuasio quindecima

Præter epistolas iam dictas, Pauli è Roma missas, sunt quædā aliae familiariores responsuæ epistolæ ipsius ad Senecam, Nero nis imperatoris præceptorem scriptæ, quas ego nonnullis argumentis, tunc fuisse scriptas arbitror, cū Paulus secundo iam Nero ni præsentaretur. Primū, quia iam Nero Cæsar furibundus, atrox, petulcus, adulter, & omni propè uiciorum contagio fuerat pol lut, quod de priori ei⁹ quinquenio nullus credere potest. Secundo, quia id tempori Paulinæ quædam epistolæ, quas ubi in priori captiuitate Romæ teneretur, ad quasdam ecclesiarum direxerat, ad manus Senecæ iam tunc deuenerant, ex quibus ille nonnihil

profecit, quod priori biennio, quo Romæ tenebatur Paulus, si
ri non potuit. Tercio, q̄ Seneca in una epistolarū ad Paulū descri-
ptarum, Romani incendijs à Nerone facti meminit, quod ad finē
declinātē Neronis imperio factum est, cum Orosius nō ita multo
post, Petrum, & Paulum communī mendacio deceptus, à Nero
ne martyrium passos scribat. Et sequentī mox autumno, pestilen-
tiam Romæ obortam adeo magnam, ut uno autumno ad triginta
millia hominum uita deceaserint, quam pestilentiā Neronis im-
perio decrescēte factā, Suetonius in uita ipsius designat. Illis itaq;
ambob⁹ Romæ degentib⁹, Paulo in carcere, Seneca in regia Ne-
ronis, cum alter de altero magna sibi polliceretur, & neuter neu-
trum alloqui potuisset: uel quod inde utrīq; immineret periculū
(quandoquidem lege cautum fuerat, ne quispiam Christianum,
aut Iudeum alloqueretur) uel quod Senecæ non fuerat integrū
Paulinū carcerem aduistare, ne quid exinde tyrannum offendes-
ret, aut ipse quoq; coniiceretur in carcere. Quapropter epistolis
hanc colloquendī sarciebant penuriam, & quidem mutuū amo-
rem utrīq; præ se ferētibus, neuter tū Petri alīcubi meminit, qui
uigintiquinq; annis iam tum Romæ agere debuerat, nondum ta-
mē fuerat Senecæ doctissimo, in Christianosq; benignissimo ho-
minī cognitus, cui proculdubio non nihil gratificatus fuisset, si qđ
Paulus ob carceris impedimentum nō poterat, ipse eius desyde-
rio satisfecisset, & de Christo secum cōfabulatus, in numerū Chri-
sti fidelium asseruisset. Quod Paulus etiam facere debuit, ut ablata si-
bi Senecam alloquēdi copia, eū ad Petrum nulli Apostolorū post
ponendū relegaret, qui nihilo deterius fidei Christianæ primor-
dia ei tradiderit. Sed quis, n̄ forte exoculatus non uideat omnia
hic repugnare pestiferæ huic opinioni, q̄ Petrus Romā unq; ue-
nerit, à Nerone passurus, cum tot rationibus conuincatur, ad ulti-
mum usq; Neronis imperij annum, Petrum Romanum nunq; ue-
nisce, tātum abest, ut martyrium ab eo passus fuerit. Nam legitur
& in ea, quæ tertia est Senecæ ad Paulum epistola, quod eius plu-
riū rei causa Nero Apostolo fuerat indignatus, quod à ritu, &

fecta pristina Iudeorum, qui phariseus olim fuerat, non solum ipse recesserit, sed & alijs hoc suaserit faciendum. Quod planè Petrus prior Paulo Romæ facere debuerat, si tot annis ante aduentum in urbem ipsius illuc resederit.

Persuasio sedecima.

Neminem adeo hebetem, ac stupidū puto, quin intelligat Petrum nō modo Romæ passum nō fuisse, sed ne eū fuisse illuc quidem. Et ne quis moueat inuercunda illa Romanæ Curiæ uoce, tot testimonia proferētis, perpendat secum, quām item de passione Petri, & Pauli alterutrum conueniant authores. Ambrosius sermone illo sexagesimo septimo, de Petri & Pauli martyrio differens dicit. Vna die, uno in loco, unius tyronni tolerauere sententiā, & hæc cum multis alijs communis est ei opinio, immo totius Romanæ ecclesiæ, in eorum solennitate decantantis. Glorio si principes terræ, quomodo in uita sua dilexerūt se, ita & in morte nō sunt separati. Falsa uero esse hæc, passiones utriusq; sub nomine discipulorum Pauli confictæ produnt, dum neq; cum istis, neq; secum conueniat. Quod enim hic dicitur una die eos passos fuisse, id Linus apertissime negat, & hoc uaria quidem ratione, quas ego ob prolixitatem huc non adduco, uerum lectorem ad passiones illas per commentitium Linum descriptas, & à Iacobo Stapulense latinitate donatas remitto. Dionysius uero, nō ille Pauli discipulus, sed nescio quis mendacissimus nebulo, priori opinioni subscribit. Sed nunquid & uno in loco passos concorditer omnes scribunt? hic uide mēdiorum portenta. Quidam enim hoc fatentur ingenue, cantante etiam Romana ecclesia, ne in morte eos fuisse separatos, sed sicuti una die, ita in uno loco morti fuisse traditos. At Linus Petrum in loco, qui Naumachia appellabatur, cruci præpostere affixum scribit. In quo autem Paulus ceruicem amiserit, non meminit. Sed hoc uno satis testatur noluisse se dicere, uno in loco passos, cū alios apparitores, & sacrifices, alios mortis spectatores eorū utriq; assignet. Porro Dionysius ille, apertis uerbis ab eorum diuariat sententia: nam, in-

quit, cum ad mortem ducerentur, & ab iniicem separarentur. Petro dixisse Paulū: Pax tecū, fundamētū ecclēiarum, & pastor ouium, & agnorū Christi. Deinde q̄ Neronis edicto ambo ad exi tium peruererint, ne hic quidē consentiunt: Nam cū oēs eius rei Neronē pronūciēt authorē, solus tamē Linus, Agrippam Petru interimere īmpasse testat. Scribit nanc̄, q̄ Petro Romae degen te multæ sexus sc̄eminei monitu Petri, illecebris luxuriæ abrenū tiauerunt, inter quas Agrippæ concubinæ quatuor fuere, quarū cōtinētia indignationis materiam Agrippæ præbuerat, ita ut Pe trū cruce interimere iussérit, hac de re (quāvis tota Roma tumul tuaret) imperatore tamen nihil sciente. Et multa sunt segmenta, quibus illi mutuo dissident, dū nihil certi super ea re pronunciare nouerunt: quæ ibi ergo fides, ubi nulla est concordia? Nā uel hoc solum dissidiū mēdaciō eorū prodit. Nec dū unū uidimus arbitrū, qui hanc intolerabilem inter eos litem dīrimere aliquando ausus fuisset. Historiæ enim, quā de Nerone quidam nobis reliquerūt, insecurū est credere, ut iam Iosephī adscriptissimus uerba. Imò res profecto miranda, q̄ Iosephus ipse, qui à Vespasiano, expugnata Hierosolyma, Romam perductus est, ibidēq̄ agēs Domitiani se rē superauit tēpora. Ethistoriam Iudaici belli in urbe cōscribens, Vespasiano, eiusc̄ filio Tito nominatim dicauit, in eaç à Nerōe interēptō, ut etiam aliās in Antiquitatibus meminit, nec ullam mentionē de Petro ac Paulo facit, qui tamen erga Christianos fa uentissimus fuerat, & arrepta occasione, non sine honoris proœ mio eorū solebat meminisse: Velut Ioannis Baptiste in Macherō ta castello obtruncati, libro Antiquitatum duodeuīgesimo. Et Ia cobi apostoli, fratrī Christi Iesū, ac Hierosolymitanorū presbyte ri, libro uigesimo. Id propter crediderim ego uitæ exitum, Hiero solymis una cū Iacobo, & quibusdā alijs Petru accepisse: siquidē Iosephus, & alios nōnullos tunc tpis cū Iacobo, ab Anano Iude orum pōtifice imperfectos scribit. Nā & ipsa reclamat ratio, Petru una die interitū cū Paulo habuisse, qui à Christo uocatus, uxore & liberos, imò socrū, quā Christus à febre uexatā pristinæ sanitati reddidit,

ti reddidit, habuisse legit: & oīm Apostoloū habebat annosissi-
mus, utpote cui^o canicē Paulus (ut Athanasio placet) reueritus,
post tres cōuersiōis suā annos, eius uidendi gratia Hierusalē ac-
cessit, cū tñ ipse adulescens adhuc fuerit, ut actor^z habe^e septimo.
Attē in euangelica functione, tā diu uersatus est, ut ad discipulos
unice sibi dilectos scribens, ætate se iā cōfectū aliquoties fatere^c.
Quis se cōmittat labyrintho huic iextricabili, quē uobis tortuosissi-
mis suis opinionibus, uelut muscipulas quasdā adornat scripto-
res: nec quippia tā certi alicubi occurrit, quo ceu filo quodā du-
ctū ad exitū eaꝝ perueniamus.

Persuasio decimaseptima.

Ostendo q̄ Petrus Romæ mortē non receperit, restat dicere,
ubi locorū pro Christi nomine passus sit. Et ante, quām id probē,
id testor prius, nullū testimoniuū diuina ex literatura huic trahi pos-
se, quo quis Paulum idubie Romæ passum fuisse à Nerone ostē-
dat. Nā dum postremo iā Neroni oblatus fuerat, & ad Timothe-
um scribens, hæc interposuit uerba. Ego iā delibor, & tempus re-
solutionis meae instat. In eis Paulus decrepitā, & nō martyrium
suum intellexit, quē interea dum hæc scriperat, ualde senio detri-
tum, & decrepitudinē planè fuisse, si non alio testimonio, certe uel
hoc solo cōstat. Quoniam ante decē annos Philemoni suo scribēs,
senem se nominauit: Cū talis sum inquiens, ut Paulus senex. Quā-
tum uero putas intra hoc decennium cōtinuis laboribus, omniū
ecclesiasticū solitudine corpusculum Pauli exhaustum est, & ma-
ceratū: ut indicare Timotheo suo charissimo cogeretur, quo Ro-
manum acceleraret, suoꝝ aduentu mortem ipsius præuerteret, qua
ipse breui fuerat resoluendus. Nā quod sp̄iritus sancto illustratus,
liberationem sui ē carcere præuiderit, uerba ipsius indicant: signi-
ficans enim quomō in priori ante Neronis tribunal statione, cau-
sam suā solitarius, & omni patrono destitutus perorauerit, à Ne-
roneꝝ eruptus fuerit, sub hæc ita loquitur: liberatus sum de ore
leonis, & liberabit me dominus ab omni opere malo, & saluum
faciet in regnum suum coeleste, hoc est ad ministeriū corporis sui

mystici, ecclesiæ sanctæ, quæ admodum per regnum coeleste, Gre-
gorij authoritate, ecclesiæ in sacris scripturis sapientiæ nominari
diximus. Sicut enim sua spes non illum fecellit, ubi in priore captiu-
itate constitutus, Philemoni scripsit, para mihi hospitium: nam spe
ro per orationes uestras donari me uobis; ita neque hic eum dece-
pit. Sunt enim pleraque alia testimonio, eum à Nerone liberatum etiam
secundario fuisse, ueluti epistola illa Senecæ, quæ Apostolo in car-
cere degenti miserat ipse. Ex quibus proclive est creditum, Nero
nisi uiolentiâ Paulum eualeisse. Verum ne hic longius iusto immore
mur, iam Petrum & Paulum Hierosolymis passum, testimonij irrefra-
gabilib[us] confirmabimus. Primitus solius Christi uerbis, ad scribas
& pharisæos, immo ipsam Hierosolymam apud Matthæum, & Lucam
loquentis: uae uobis scribæ, & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis
sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta, & dicitis: si fuimus
semus in diebus patrum nostrorum, non essemus filii eorum in san-
guine prophetarum. Itaque testimonio estis uobis metipsis, quia filii
estis eorum qui prophetas occiderunt. Et uos implete mensuram
patrum uestrorum. Ideo dico uobis: Ecce ego mitto ad uos prophe-
tas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, &
ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate
in ciuitatem, ut ueniat super uos &c. Tandem dicit Hierusalē Hie-
rusalē, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt
&c. Haec loquutus Christus non de prophetis legis ueteris, sed de
apostolis exponit Ioannes Chrysostomus, homilia in Matthæo
cum septuagesima quinta, ac ita dicit: Significat ihs uerbis Christus
apostolos, & eos qui cum apostolis, & post apostolos fuerunt, ex
quibus multi etiam prophetabant. Quod diuinus Hieronymus li-
terarum sydus, clarissimus erga haec uerba Christi immoratus inter-
pretatur, dicitque: Simul hic obserua, iuxta Apostolum scribentes,
uaria esse dona discipulorum Christi, alios prophetas qui uentura
praedicent, alios sapientes, qui nouerunt, quando debeant pro-
ferre sermonem, alios scribas in lege doctissimos, ex quibus la-
pidatus est Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagel-

sati, in actibus apostolorum, apostoli, & persequuti eos sunt de ciuitate in ciuitatem, expellentes de Iudea, ut ad gentium populum transmigrarent. His uerbis Hieronymus clarissime, ut Stephanum, ita & Paulum, & Petrum Hierosolymis passos declarat. Et ne cuius testimonium defuderetur, Nicolai Lyrae horum Christi uerborum interpretationem subnectamus: Ex eis occeditis, exponit Lyra, sicut Iacobum fratrem Ioannis, Actuum xij. & Stephanum Actuum septimo, & multos alios. Et crucifigetis, ut Petrum, & Andream fratrem eius, & multos alios flagellabitis, sicut Paulum & Sylam, ut Actuum sedecimo, & secundo, ad Corinthios xi. traditur. Quis contra haec firmissima testimonia uel hiscere desineps poterit? quis reclamare? quis non modo Hieronymum, Chrysostomum, Nicolaum Lyranum, sed & Christum mendacij arguere poterit? Cuius ipse met apud Lucam eadem repetens uerba, de Petro, Andrea, & alijs quibusdam apostolis, ea sele loquutus designat, inquietus: Dico autem uobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post haec non habent amplius quid faciant: ostendam autem uobis, quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Præterea dicit Christus, Hierosolymis, & non Romæ, à scribis & phariseis, & non ab imperatoribus Romanis occidédos siros apostolos: quoniam non negem quosdam & extra Hierusalem fuisse interemptos.

Persuasio duodecim gesina.

Videre mihi videor satis prolixè eorum me subneruasse opinionem, qui Petrum ut Romanum episcopum celebrant, & hoc nomine Romanis Pontificibus nihil non tribuunt, dum in summi apostolorum principiis (ut aiunt ipsi) locum sufficiunt, hanc est desultoriā potestatē, ceu per manus sibi tradant. At uero si quis roget, quomodo haec falsissima persuasio in ecclesiam obrepserit, dicam compendio. Si alia quoque non minus nocua, quorum recens est adhuc memoria, negligenter temporū rata habentur, ut nihilominus pro articulis fidei reponantur: quanquam & historiæ corum de his taceat libri, & Christi dogmata uelut ex diametro

cū eis decertēt, solo tñ ecclesiæ prætextu, nō min⁹ quām quæuis
alia, sine quib⁹ hoībus salus nō contingit, credi præcipiuntur,
quibus si quispiam bono fretus testimonio occurtere uoluerit,
æque hæreticus habetur, quām qui in legem Christi fuerit imp̄ius.
Quid ergo de tā remotis ac perturbatissimis temporibus, Ro-
manæ Curiæ palpones, circa Petri Romā aduētum, passionem,
& pōtificatum cōsingere nō poterāt. Putas 'ue ecclesiā, quā ege-
nus cōstituit Christus, quā omniū facile pauperrimi auxere apo-
stoli, opib⁹ ditarī oportere, unum in ea cæteris omnibus domi-
nari, imo ecclesiā non aliud, quām tyrannidem fieri debere. Ecq⁹
hoc dixerit. At uero hodie solenne id habetur, hoc gloriosum pu-
tatur, ut unius arbitrio omnia fiant, circa unum summa, & caput
reip. Christianæ cōsistat, unius iussu, aut in iussu singula gerat, ex
unius nutu cuncta pendeāt. Quod si quis minus reuerenter hos
ecclesiæ proceres incesserit, si corripuerit, si annuere noluerit, cō-
tinuo fremunt classica, undelibet plebs Christiana cōclamatur ad
arma capeſſenda, ad omnes Christianos príncipes id aiunt perti-
nere, ne expolietur Christus, néue iacturā patiatur ecclesia, dū ali
quot annui censuſ denarij eis decreuerint, omnia sursum ac deor-
sum uersare nō uerentur, ac tot Christianorum foedā dilaceratio-
nem, & stupendā perniciem, interim ne pilī quidem faciūt. Adeo
tyrannis hæc Romanæ Curiæ istac pernicioſa opinione inualuit,
dum primatum mediante Petro supra omnes alias ecclesiæ ſeſe
accepiffe iactitat, & Romanus Pōtifex uniuersaliſ ecclesiæ catho-
licæ episcopus cēſetur, repugnantibus omnibus omnium fermè
libris, uoce ipſius metChristi, & ritu, ac exemplo primitiua eccl-
esiæ: Cunq⁹ recens adhuc ſit memoria, quādo hæc tyrannis exor-
diū ſumpferit. Nonne tñ inueniunt̄ pleriq⁹, qui id perpetuo fuiffe
ſcribant, id probent, pro eoq⁹ ad aras uſq⁹ (quod ſolet dīci) digla-
diētur, quibus nō aliter, quā ſolius Christi uerbis paſſim uulgus
credit. Præterea, Syluestrum à Cōſtantino Imperatore honestis
muneribus donatū, in ſedēq⁹ imperatoria repositū, quis hocho-
die ē populo non credit, reſiſtentibus omnibus historiographis,
eorumq⁹

eorumq; cōmentitias bullarum nugas fortissimis rationib; do-
ctissimis q; uiris reprobantibus. Quantū tamen ueritatem promo-
ueant, apud hanc futilem plebeculam pseudosacerdotum p̄fēti-
gijs delusam, in propatulo est omnibus, cum non minus reueren-
ter in has opiniones, quām in Christi uerba iurent ipsi. Non diffi-
cile est exinde diuinare, quantū illis proclive fuerit, quāe hodie de
Petro feruntur, confingere, cū eorū temporū nullā certā habeā
mus historiā, præter cōmentitias illas aliquot de Petro, & Paulo
passiones, quāe adeo sibi nō constant, ut omnib; etiam tacētib;
ipsae se satis consulent, præfertim quāe Græcorum linguagio con-
scriptæ sunt. Quod uel solū arguento esse possit, eas falsissimas
esse, cum haec natio ab omnib; passim scriptoribus in historia mē-
daciū accusetur, Iuuenale dicente, Quicquid audet Graecia men-
dax in historia. Et alibi non sine ioco mendacem græculum nomi-
nat. Et breuiter nemo miretur hoc apertissimū mendaciū suos pa-
tronos habere, cum nō desint etiā, qui Tusciam patrimoniū Pe-
tri appellant, qua uoce nūc deliriū dici, aut cogitari aliquid po-
tuit. Et Plinius haud ignobilis author, nullum tam impudens mē-
daciū inueniri dicit, quod teste careret.

Altera libelli particula.

Proloquium.

Solet interdum fieri lector mi, ut dum uegeto semine agrum
conspergimus, ni simul nocua quæc; radicitus extrahamus, urē-
da filix subnascens, semētis pariat iacturam. Quod dum hic time-
mus, ne quidam cauilli animum tuum torquentes, nostris ījs per-
suasionib; minus te credere permittant, alteram libelli particulā
addidimus. In qua cum septem quibusdam Romanensium cauill-
lis, manus cōseramus, de eis dignis rationib; (si sors fauerit) præ-
dā ablaturi. Proinde interim Romanū quenpiā, obesis fauicib;, ac
uētre prominulo, imaginē sycophātā, q; sic more suo nobis instet.

Primus cauillus.

Quod in persuatione dictum est quarta, improbiū dictum est

quam ut credi debeat. Paulus enim dum binam suam uersus Hierosolymam peregrinationem, in ea quae ad Galatas est epistola commemorat, in quatuordecim annis post conversionem suam, utramque fuisse facta intellexisse uolunt, & non in septem & decem annis, ut tua fert opinio, idque Nicolai Lyrae testimonio confirmatur. Triennium enim, quo ante Paulus Hierosolymam uenerat, in subsequentibus quatuordecim annis, quibus secundario illacum Tito & Barnaba prexerat, absorbet, ita Nicolao uerba Pauli expnente: Deinde post quatuordecim annos, uidelicet a conuersione sua, assumpto Tito & Barnaba &c. Et sic Petrus quatuordecim illis annis praterlabentibus Romam diuertere poterat.

Responso.

Bella Lyrae, nisi a tot bonis authoribꝫ, quibꝫ ne matellā dignus erat ipse porrigere, dissentiret, crederet expositio: sed quia non ausim dicere, an illum habeat qui in hoc sibi cōsentiat, rationabilitas tot celeberrimi sequendi sunt interpres, quam hic unus, & qui dem ignobilior, qui isthuc spero auctupabat sibi gloriā, si stulte ab alijs dissentiret omnibus. Et quia contra inermē, & imbellē frequētia militū non solet desyderari, quē unus probatae fortitudinis uiruel euiscerare possit, unicū Hieronymū tot Lyranis anteponēdū contra hunc producā, qui epistolā ad Galatas exponens, hos septemdecim annos non semel repetit. In principio fidei (inquit) in transitu Paulus apostolos uidet, post annos (ut ipse ait) decē & septem plene cū eis loquīt̄, & se humiliat, & ne forte in uacuum aut curreret, aut cucurisset, inquirit. Et inferius: Cōtulit Euāgelium cum apostolis, non q̄ Paulus timuerit, ne per decē & septē annos falsum in genibꝫ euāgeliū prædicasset, sed ut ostēderet præcessoribꝫ suis non se in uacuum currere, aut cucurisse, sicut putauerit ignorantes. Haec Hieronymi uerba, quibus manifeste quantū Lyra deliret, ostenditur.

Secundus Catillus.

Quid n̄ creditur Petro apostolorum primati, qui ē Roma epistolā, quā Catholicā dicūt, scribens, se Romae fuisse proprijs ex-

primit uerbis: Salutat uos inq[ue]t ecclesia, quæ est in Babylone collecta. Quātum piaculū dissentire à Hieronymo, & Lyrano, quo rum neuter Romam per hāc Babylonem nō interpretatur, Hieronymus in libro uirorum illustrium, Lyranus autem hæc uerba Petri explanans: dicit enim uterq[ue] Romam figuraliter nomine Babylonis designari.

Responsio.

Duplicē esse Babylonē à Cosmographis didicim⁹, Vnā in Asia, quā Babylo sapiētissimus Medi filius cōdidit, uel (si Herodo⁹ to credimus) Semiramis. Alterā quæ Aegyptiaca dicit, non procul ab Aegypto distas, de qua meminerūt Stephanus, Strabo, & Ptolomaeus: Et recētiorū Ludouicus Cælius in Antiquitatibus, & Raphaël Volaterranus in sua Geographia, & quidam alij. Strabo tamē plus in Arabia, quām prouincijs Aegypti hāc esse sitam ostēdit, unde Arabum lingua, Chayrum iliam uocant, quæ uox nō aliud eis designat, quām si Babylonē nostrates dixerint. Et sic persualissimum est Petrum ex hac Babylone, uel, si quē Arابum oblectat dīctio, Chayro epistolam suam scripsisse, qui in Iudea, & contermineis undiq[ue] circum & circa regionibus Christi nomen diuulgabat. Iudea autem ut Hieronymus uult, confinem sibi habet utrunque Arabiam, hoc est & Arabiam petream, & Arabiam desertam: ab Oriente enim habet Arabiam petream, & iuxta hanc ad meridem tangit Arabiam desertam. Et Apostolus hoc testat̄ quoq[ue] dicens: Syna mōs est in Arabia, quæ cōiuncta est ei, quæ nūc dicit Hierusalē. Quas ob res in eis collimitaneis Hierosolymæ prouincijs Petri prædicasse Christi, & ex Chayro ad dispersos ē Pōto, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia Christi fidei epistolam scripsisse, hoc iam quis neget. Atq[ue] eo modo uerba Petri, salutat uos ecclesia, quæ est in Babylone collecta, intelligenda sunt. At sinamus præterea suis figuris ludere Lyranum: Quia sicut, inquit, Babylon fuit ciuitas maxima, & idolatriæ de dita, sicut patet in Daniele, Sic Roma postea fuit ex simili opere. Sed quid de ea Babylone, cuius mentio apud Danielem agitur,

Deus per Hieremiam loquitur dicens: Egressimini de medio Ba-
bylonis popule meus, ut saluet unusquisque anima suā ab ira furo-
ris domini. Sed nūquid etiā eodē tropo cæteras nouī testamenti
scripturas patiēt interpretari Lyranus? qd' certe necesse est. Quid
de hac Babylone hoc est Roma purpurata, & uersuta (ut Hiero-
nymi utar uerbo) mcretrice Ioannes in Apocalypsi loquaſ, ſimul
audiat: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæ-
moniorū, & custodia ois ſpiritus immundi, & custodia ois uolu-
cris imundæ, & odibilis, quia de uino iræ fornicatiōis eius bibe-
runt omnes gentes, & reges terræ cū illa fornicati sunt. Et mer-
catores terræ, de uirtute delitiorū eius diuites facti sunt. Mercato-
res hic noīat, de quib⁹ loquiſ Petrus: Erunt in uobis magistri mē-
daces, qui in auaritia ſicut uerbis de uobis negotiabūt. Post hæc
Ioannes: Et audiui alia uocē dicentē: Exite de illa popule meus,
& ne participes ſitū delictorū eius, & de plagiis eorum ne accipia-
tis, quoniā peruererunt peccata eius uſq; ad coelū, & recordatus
eſt dominus iniquitatū eius. Ecce quid eis ſua figurata afferat in-
terpretatio, ut oībus ſcilicet à Romana Curia impune liceat defi-
cere. Ecquid ergo nos culpamur Boem⁹? O utinam oēs pari mō
ab hac, noſtro ducti exemplo, deficerēt Babylonē, quo fortaffe à
ſua impietate relipſiceret c̄tiuſ. O uere typū gessit Romanæ Cu-
riæ occidentalis Babylonis, illa non mō propheticis, ſed etiā gen-
tiliū literis dānata Babylon, cui indultū, ac līcītū fuerat (ut Plutar-
chi repetā uerba, psallere, ſcora alere, cauponæ indulgere, ſinuo-
ſis tunīcīs amiciri, pudicitiā proſtituere. An non æquat mō, imō
etiā ſuperat Roma uerißima Babylon iſta oīa: Nōne & corporis
& rerū ſacrarū caſtitatē impudētius proſtituit, quāmi uel illīc mū-
ditiem corporis impudentiſſimæ foeminæ? Apud illas enim quæ
ex foedo coītu prouenerat, Veneri ſacra fuīt ſtūpes: hic quod rerū
ſacratiſſimarum affert proſtitutio, Christo acceptum ferri dicit̄.
Sed ne hoc loci in Babylonem Romanē ſem pluribus inueham,
aliquantis per me cohibebo: nam haec aliās pertinent.

Cauillus Tertius.

Sin nihil

Si nihil aliud, hoc profectō solū, magno esset argumento, Pe-
trum Romæ ante priorē etiā Pauli illac aduentū fuisse, quod dū ē
Hierosolymis, ut Lucas in actis apostolorum tradit, militibus co-
mitatus, Romā uinctus duceretur, occurrerunt ei fratres ad Ap-
pī forū quibus uisis, gratias deo egit ille: Nam quo monitore in
Christum credidissent, si tunc Petrus Romæ absuerit.

Responsio.

Christianos protinus post Christi passionē, & nō dūtaxat Pau-
lo illac ueniēte Romæ fuisse Orosius, Tertullianus, Platina, imō
Christianorum hostis Suetonius Trāquillus testant̄. Orosius em̄
libro septimo ad h̄tī modū scribit. Postquā passus est domin⁹ Ie-
sus Christ⁹, atq; à mortuis resurrexit, & discipulos suos ad prædi-
candū misit. Pilatus præses Palæstinæ prouinciae ad Tiberium im-
peratorē, atq; ad senatū retulit, de passione & resurrectionē Chri-
sti, consequentibusq; uirtutibus, quæ uel per ipsum factæ fuerāt,
uel per discipulos ei⁹, in noīe eius fiebāt. Et de eo qd̄ certatim cre-
scente plurimorū fide deus crederet. Tiberius ergo cū suffragio
magni fauoris retulit ad senatū, ut Christus deus habere. Sena-
tus indignatione motus, q; uō sibi prius secundū morē delatū est,
ut de suscipiēdo cultu prius ipse decerneret, cōfērationē Christi
recusauit, edictoq; cōstituit, exterminandos esse ex urbe Christianos,
præcipue cū & Seian⁹ praefectus Tiberij suscipiēdæ religio
ni obstinatissime cōtradiceret, Tiberius tamē edicto accusatori-
bus Christianorū mortē cōmiat⁹ est, de quo Tertullian⁹ in Apo-
logeticō aduersus gentiles modestius aliquāto loquit̄: Tiberius
(inquit) cuius tēpore nomē Christianū in seculū introiuit, aut nū
ciatū sibi ex Syria Palæstinaq;, illuc ueritatē illius diuinitatis reue-
larat, detulit ad senatū, cū prærogatiua suffragij sui: senatus, quia
nō ipse probauerat, respuit, Cæsar in sententia mansit, cōminat⁹
periculū accusatoribus Christianorū. Omitto dicere, quid scribat
Suetonius, & Platina, hic in Christi, ille uero in Tiberij uita, qui-
bus satis insinuat̄, tutā fuisse à Tiberij temporibus, ad Neronis
usq; imperium, & sub eius imperio adusq; Pauli aduentū, Chris-

stianam Romæ religionem, Tertulliano adstipulante, his verbis:
Consulite cōmentarios uestrros, illic reperietis primū Neronē in
hanc sectā Cæsariano gladio ferocissē. Quare nullus mirari de-
beat tot fratres Romæ fuisse, qui Paulo ueniēti occurrerint; quo
niā gliscente etiā illīc pietate, ordinatione spiritu sancti, nec pre-
sbyteri illis defuerant, uti Narcissus, Andronicus, Iulias, & cæte-
ri, quatenus nihil opus habuerint Petri præsentiam desiderasse,
quos deinde Paulus quoq; ipse tum per epistolam faciendorum
admonuerat, tum præsentialiter inuiserat, ut iam abūde in priori
noſtri libelli particula singula hæc indicauimus.

Cauillus quartus.

Quibus ea res magis cōperta fieri debuit, atq; discipulis apo-
stolicis, & qui proxime uiguerunt post apostolos. At illi hoc no-
bis indubitato prodidere Petrum, & Paulum Romæ passos fuiſ-
ſe, quorum unius uidelicet Lini, Timotheū salutauerat nomine
Apostolus dicens: Salutat te Eubolus, & Pudens, & Linus. Al-
terius autē in actis apostolicis celebratur memoria, inquiente Lu-
ca: Quidā uero uiri adha rentes Paulo crediderunt, in quibus &
Dionysius Areopagita, & mulier nomine Demaris, & alij cum
eis. Præterea Egesippus, qui Anicetū decimi post Petrum Roma-
ni pontificis tempore Romā aduenerat, in laudibus fidei Christi
anæ uersatus, eiusce passionis Petri & Pauli meminit.

Responsio.

Si mihi nil aliud esset, quatenus p̄bē passiōes illas Petri & Pau-
li, ab eorū discipulis nō fuisse cōscriptas, diuersitatē illā, & discre-
pantiā, quæ illīc reperitur, firmissimē probatiōis loco ponerem.
Sed quia sunt mihi pleraq; multa ad perditā hanc suspitionem tol-
lendam, illius ne meminero quidem. Persuasum est doctis omni-
bus, nō modo discipulis apostolicis, sed & ipsis apostolis adhuc
superuiuentibus hanc iniuriā s̄epius factā fuisse, ut multa eorum
sub nomine Christianæ professioni repugnātia in publicū ederen-
tur: Nomine enim Pauli (ut Origenes testis est) ad Tessalonice-
os, à pseudoapostolis quo facilius deciperetur, porrecta fuit epi-

stola. Quos Apóstolus re tandem comperta, propria ad eosdem
data epistola admonet his propè uerbis: Non cito moueamini, in
quit, à uestro sensu, nec per terreamini, nec per spíritum, nec per
sermonem, nec per epistolā tanquā per nos missam. Et Hierony
mus uisionem Pauli, & Teclae, ac baptizati Leonis fabulā sub no
mine Pauli, à quodam Asiæ presbytero fuisse editam scribit, qđ
ipsemet postea, Tertulliano teste, se fecisse Pauli amore cōfessus
est. Clemētis item, cuius Apostolus ad Colossenses scribens, mē
tionem facit, multis erroribus hæretici resperserunt libros, quo
rum quidam Eunomij hæresim sapient: Nam disputat quodam
in libro filium dei ex nullis extantibus creatum. Item dæmones
non uolūtatis malitiā fecisse, sed creaturam eos esse diuersæ qua
litatis ab alijs productam. Et longe plures alij inibi reperiuntur
errores. Rursum Dionysij cuiusdam Alexandrini episcopi usq
adeo depravati sunt libri, ut eius authoritate Arrianorū hæresis,
filium dei nō eiusdem substantiæ esse cum patre ausa sit confirma
re. Origenis nondum mortui, tot iam subdititij erroribus scate
bant libri, ut sæpiuscule hāc iniuriam deplorasse legatur. Et Ruf
inus in Apologia pro Origene, De hæreticorū, inquit, temerita
te, ut credi istud scelus facile possit, illa res maximum credulitatis
præstat exemplum, quod abstinere impias manus, etiam à sacro
sanctis quidem euangelij uocibus nō potuerunt. Apostolorū ue
ro uel actus, uel epistolas qualiter polluerint, qualiter corroserint,
qualiter in omnibus macularint uel addendo impia, uel auferen
do quæ pia sunt, si quis uult plenius scire, ex his libris Tertullia
ni, quos aduersus Marcionē scripsit, plenissime recognoscet. Et
alibi inquit: Peruersi homines assertionē dogmatū suorū, sub ui
rorū sanctorū nomine tanquā facilius credēda inseruerūt ea, quæ
ipsi nec sensisse, nec scripsisse credēdi sunt. Et ideo Origenes ho
milia uigesima sexta sūg Matthæo dicit: Oportet caute cōsydera
re, ut nec oīa secreta, quæ ferūt in noīe sanctorū suscipiam⁹. Quā
tum ad Dionysium Areopagitā attinet, nulla est cunctatio, quin
passio illa Petri, & Pauli ei adscripta non sit subdititia: probant

enim & Lauren. Val. & ERASMVS Rot. in annotationibus
libros, qui sub nomine eius circulerunt, falso ei attributos, ut sunt de
cœlesti Hierarchia, de Theologica Hierarchia, de diuinis nominis
bus & ceteri: Non dū em Ecclesia, cuius tpe uiguerat ille, tantā no-
uerat ceremoniarū turbā, quāta in eis libris tradit. De cætero au-
tē Petri, & Pauli sub nomine Lini euulgatae passiones, tantū hūt
permixtæ sibi falsitatis, ut in multis nō modo Christo, & Paulinis
literis, sed & Petri ipsius contradicant sermonibus, quod equidē
nisi me prolixitas arceret, promptū esset ostendere. Persuadeo ta-
men mihi græculū quempia (ut lūuenialis utar uerbo) mendacē,
& lenonē potius aliquē, quām Linum has passiones cōmentum
fuisse, qui Paulinā ad Timotheū epistolā olfecerit magis aliquan-
do, quām intellexerit. Nam cū mendacē memorē esse oporteat, il-
le obliuione sua ingenue se mentitum ostendit. Arbitror eū legiſ
se aliquādo Paulū his uerbis Timotheum ad seſe allectantē: Festi-
na ad me uenire cito: Demas enim me reliquit diligens hoc secu-
lum, & abiit Tessaloniam, Crescens in Galatiā, Titus in Dalmatia,
Lucas est mecum sol⁹: qui quidē impostor nō habēs perspectū,
unde Apostol⁹ epistolā ad Timotheū miserit, & ubi se locorum
expectaturū dixerit, & ubi Titus, ac Crescens recedētes Apo-
stolū reliquerint, passionē Pauli ad hūc modū exordit: Cū uenisset
Romam Lucas à Galatia, & Titus à Dalmatia, & expectauerūt
Paulū in urbe, quos cū adueniēs Paulus uidisset, lētatio est ualde,
& cōduxit sibi extra urbē horreū publicū. hæc uerba illi⁹, in quib⁹
bus Apostoli primū oblit⁹ est dīcētis, Crescēs abiit in Galatiā, Lu-
cas mecum sol⁹ est: Nā præpostere Lucā dicit rediſſe ē Galatia, quō
nūq; abierat ipse, sed indiuidu⁹ Apostoli fuerat minister, Et Apo-
stolus Crescentē dixit petiſſe Galatiā. Proinde credibilius fuisse
si eundē redeuntē Galatia hic leno posuisset. Post hæc subinfert:
Expectauerūt Paulū in urbe, quasi Paulus ē carcere quopīa rece-
dere potuerit, & nō aduētum Timothei, ac Marci, quos optau-
rat ante hyemē ad se uenire, expectauerit: quomō ergo uenerat
Romā, unde nō recesserat. Aut quomō Lucas, & Tit⁹ expecta-
ſent aduenturum

sent aduenturū. Apóstolū, quē in carcere detineri scierat; nimis
est Galatiā, & Dalmatiā profiscētes illīc eū reliquerint. Ulterius
scribit, & cōduxit sibi horreū publicū, ubi cū ihs, & alijs fratribus
de uerbo uitiae tractaret, coepitq̄ iterea corrigerē multitudinē ma-
ximā, & adiūcieban̄ p eū fidei multae animæ, opāte dei gratia, ita
ut p totā urbē son⁹ prædicationis, & sanctitatis eius fieret, & exi-
ret fama p uniuersam regionē de illo. hæc ipse. Sed Paulus diuer-
sum quiddā in epistola sua dicit: det misericordiā dñs Onesiphori
domui, quia sape me refrigerauit, & catenā meā nō erubuit, sed
cū Romā uenisset, solicite me quæsiuit, & inuenit. Conser uerba
Pauli, ac Lenonis huius, hic inquit, conduxit sibi horreū publicū:
Ille Onesiphorus catenā meā non erubuit: nisi forte cū catena ex
aliquo carcere Romā Paulus profligerit, qua se liberare nō pote-
rat. Hic dicit q̄ fama nō modo per urbē, sed & per oēm regionē
undiq̄ de eo terebat, & cōcursus hominū ad eū fiebat. Ille uero
Onesiphorū dicit solicite se quæsiuisse, ac uix tandem inter catenas
inuenisse, mirū q̄ fama, quæ de Paulo uolitabat, illac eū nō pduxer-
it. Atq̄ in hunc modū totā illā passionē, & alteram Petri possem
suppilare, sed, ppriij uoluminis hoc iā esset negotiū. Hæc em̄ pau-
ea ideo refello, ut maximū eorum ostendā mendaciū, qui passioeas
has cōmentitias, & in certo authore natas, in Linū transfundunt.
Non enim tā rudis fuerat Linus, qui tunc Paulo adhaerebat, cum
epistolā ad Timotheū scriperat, ut statim dicatorū obliuisceret, im-
mo cōfunderet uerba Paulina, & diuersa scripserit ab eo. Qd̄ idē
sentire & de Egesippo: qualiter enim homo ille post multa tēpo-
ra Romā uenies, historiæ seruare potuisset ueritatē: Qui necq̄ rei
gestæ aderat ipse, necq̄ Roma illa tēpestate de eorum passionibus
quicquā libi cōscia erat: si quidē multis post Egesippū t̄pibus fa-
bulam hanc fuisse fictā certum est.

Cauillus Quintus

At ecclesia Romana, uerba ex passione Lini, quē tu lenonē po-
tius aliquem, quam Linū fuisse blasphemas, deprōpta annuatiū
decātat, id neutiquā factura, si eā nō legitimate descriptā scierit, In-

ter cetera in passione Petri & haec ponunt uerba: ut autē portā ci-
uitatis uioluit egredi Petrus, uidit sibi Christū occurtere, & ado-
rās eum ait, Dñe quo uadis: r̄ndit ei Christus, Romā uenio iterū
crucifigi: Et ait ad eū Petrus, Dñe iterū crucifigeris: Et dixit ad eū
dñs, Etiā, iterū crucifigar. Petr⁹ aut̄ dixit: dñe reuertar, & seuar
te. Et his dictis, dñs ascendit in cœlū: Petrus aut̄ prosequut⁹ est eū
multo intuitu, atq; dulcissimis lacrymis. Et quo id magis factum
credatur, hactenus extat ibi loci exadūficatum facellum, ubi haec
habita sunt uerba.

Responsio.

Bene habet, q; uniuersalis ecclesia sancta prophani hoc me-
daciū contra Christum, contra Paulū: immo cōtra ipsummet Pe-
trum, ac fidē catholicā nō decātā: Oriētales enim ecclesiæ, qđ sat
scio, & multi etiā in occidente fidelium hāc uocē nō recipiūt. Ro-
manā uero ecclesiā hāc mendacia approbare, prositeri, deçātare
quid prohibet: quæ mendacijs est alioqui refertiſſima. potuit' ne
discipulus apostolicus hāc portenta horredissima toto coetu fide-
lium scribere, ut iā Christus Petro occursurus tunc ē cœlis desce-
derit: Et tanquam Petrus Christi uerbis admonitijs, rursum Ro-
mā sese recepit frībus ea, quæ euenerāt nunciaturus. Quid Petr⁹
em̄ hāc fabula apd' eos promouisset nō intelligo, quam ut pro fe-
ductore, & mendace haberet ab oībus. Qui quondā ad Iudæos
de Christo loquitut⁹, ut Actuū habeat tertio, dixerat: oportet qui
dem cœlum Iesum Christū suscipere, usq; in tpa restitutionis om-
niū quæ loquitut⁹ est deus p̄ os sanctorū suorum, à seculo prophe-
tarum. Quō tunc ergo cœlū, terris Christū reddiderat aī cōsum-
mationem omniū, quæ circa diē iudicij primū est futura, dicenti-
bꝫ etiā Angelis ad eos, qui intuebātur Christū in nube pergentē
ad cœlum. Hic Iesus, qui assumptus est à uobis in cœlū sic ueniet,
quēadmodū uidistis eū eumē in cœlū. Quod explanat Matthæus
de aduentū eiusdē ad iudiciū. Videbunt, inquit, filiū hominis ue-
niente in nubibus cœli, cū uirtute multa, & maiestate: quēadmo-
dum em̄ in nube ascēderat, sic in nube ad iudicandū reueniet. Ecce

ce quam incontueniat credere, ut unquam Christus in ea persona,
quia à nube correptus in celū deuolauit, in terras descēderit. Sed
revera ad dīcē iudicij primū à fidelib⁹ expectatur reddit⁹, ut ad eā
sentētiā Psalmista quoq; alludit: Dixit dñs domino meo, sede à
dextris meis, donec ponā inimicos tuos, scabellū pedū tuorū. Vn
de nunq̄ram adhuc personaliter descendisse credit⁹, ut alicui san
ctorū in terris apparuerit. Emuero in cœlis semp̄ apparere digna
tus est, & abinde ad eos & loqui. Stephanus em̄ intendēs in cœ
lum uidit gloriā dei, & Iesum stantē à dextris uirtutis dei. Et Pau
lum appropinquantē Damasco subito circumfulsit lux de cœlo,
qui cadens in terrā audiuit uocem dicentē sibi: Saule Saulē quid
me persequeris: qui tremens ac stupens dixit, quis es dñe? Et ille:
Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris, quod ille de sua
couersione mirificatū illic cū ludæos alloquitur. actuum, xxij. tū
ubi apud Agrippam, & Festum praeſideim, actuum. xxvi. data ei
ſeſe defendēdi copia proprijs uerbis attestatur. Cū irem (inquit)
Damascum, cum potestate & permisſu p̄ncipum ſacerdotum
die media, in uia uidi rex, de coelo ſupra ſplendorē ſolis circumful
ſiſſe me lumen. Et Petro olim, an gentibus prædicādum ſit Euani
gelium hallucinanti, non quidem personaliter Christus apparuit,
ſed in extaſim raptum, ne quid commune diceret, ac immūdum
edocuit. Et nusquam proſlus post ascētionem ſuam alicui sancto
rum apparuiffe, in eo habitu, quo poſt resurrectionem ſuam, per
dies quadraginta conuersatus eſt cum diſcipulis, conuieſceba
tur, & loquebatur eis de regno dei, Christum in ſacra ſcriptu
ra legimus, imò nec aliquando apparitum prius, quām di
es iudicij uenerit, credimus, fide catholica Christiani instruci
Quantum flagitium ergo, tanta contra legem dei mendaciorum
ſimulacra diſcipulo apostolico attribuere, quibus bonum ille uir
titis ſpecimen de ſele præbuerat, eorumq; doctrinā pulchre per
calluit. Possem hic & de ſacello, qđ in huī mēdaciō robur extru
ctū eſt, non nihil dicere, & probare copioſe: nullū ſacellū, nec ali
quam basilicam ad aliquot annoī centuriā Romæ, & locis ei

adiacentibus ex aedificata fuisse, sed Christianos in latebris, & spe luncis subterraneis conuenire solitos uel ad mortem domini annuntiandam, uel hymnis & orationibus Christi suffragium, & diuinam gratiam sibi demerendam.

Sextus cauillus.

Marcus Euangelista Petri discipulus, a praceptorum admonitus Romae scripsit Euangeliū. Quod Petrus dū audiuit, & approbauit, ecclesiae ad legendū authoritate sua edidit, ut & Clemēs libro informationū scripsit, & Hieronym⁹ de uiris illustrib⁹ meminīt. De quo Petrus in sua epistola loquitur: salutat uos Marcus filius meus, qui post conscriptū tandem Euangeliū Aegyptū perrexit, & prim⁹ Alexādriæ Christū annuciās, illis ecclesiā cōstituit, exantē latisc⁹ laboribus, Neroniani imperij anno octauo uita funct⁹ est: de cui⁹ cōuersatiōe apd' Alexādriā, Philo quoq⁹ Iudæ⁹ librū cōcīnauit.

Responsio.

Qui Clementi adscribunt libri, minus est tutū eis credere, qm̄ eorū quidā suppositiū sunt, ac falsū Clemēti adscripti: quidā uero magna ex parte depravati, ac errorib⁹ infecti, ut iā antea probauimus. Itaq⁹ sciendū q̄ in noui testamēti libris, duos Marci cognoscere fuisse insignitos inuenim⁹, quoq⁹ prior dicebat Ioannes Marcus. Et de hoc legiſt actū. xij. Quod Paulo cū Barnaba Anthiochiae inter Prophetas, & Christi noīs doctores exeunte, poste aquam uisum est sp̄iritu sancto, ut ad opus ministerij segregarent, seniores impositis sup eos manibus in ministeriū eos cōfirmarūt. Qui profecti in Seleutiā, uenerūt tandem in Cyprū insulā, & Salamina eiūsdē insulæ urbē Christū per Synagogas annunciantes, quibus erat adiunct⁹ & hic Ioannes, qui cognoscatur Marc⁹, nō reprob⁹ quidē ministerio. Postquā aut̄ puerunt Paphū urbē in Cypro insula sitā, & inde nauigare uellēt Pamphiliā, iā dict⁹ Ioānes Marcus renuit proficiēti cū eis, sed ē cōuerso rediijt Hierosolymā, & post hac Anthiochiā. Quò ascēdentib⁹ post aliqua tpm interiualla Paulo & barnaba, & aliquādiu Christū illis docētib⁹, dixit ad Barnabā Paul⁹: reuertentes uisitem⁹ frēs q̄ uniuersas ciuitates, in quibus

quibus prædicauim⁹ uerbi dñi, quō se habeāt, Act. xv. Barnabas
uero secū uolebat assumere & Ioannē cognomēto Marcū, q̄ pri-
dem iam ab eis descivierat, sed Paulus hūc rogatū habuit, ne id fa-
ceret, eo q̄ nō cōueniat eum deinceps in mun⁹ euāgelicum rea-
sumi, q̄ antea ab eis defecerat. Et p̄gentes Pamphiliā relinquens,
discessit Hierosolymā. Et hinc orta est inter eos dissensio, ita ut al-
terutrum separarent. Nā Barnabas assumpto Marco perrexit Cy-
prum, & Paulus electo Syla recepit se in Syriā & Ciliciam. Qui
quidē Marcus, Barnaba ob nomen Christi in Cypro imp̄iſſime
trucidato, q̄ Aegyptū tandem iter occupauerit, nemo it inficias, cū
Philo magni nois scriptor i Alexāndriā urbe Aegypti prop̄ ostiū
Nili sita, Christi nomē ipsum annūcialle prodat. Et Pet⁹ ex Chay-
ro, hoc est Babylone, quā Stephanus & Ptolomaeus in Aegypto
sitā esse tradunt, epistolā scribens ipsius meminit: salutat uos in-
quiens, Marcus filius meus. Credibile est enim hunc Marcum Pe-
tro familiarem fuisse, cum Alexandria nō procul à Chayro distet.
Et de hoc Marco multa ſigmenta reperiunt: Primū q̄ dum credi-
derit in Christū amputasset sibi pollicem, ut facerdotio reprobus
efficeret: deinde q̄ Romæ scripſerit Euāgelium ad uota Petri, qđ
protin⁹ falſum eſt: Nuspia em̄ hunc Marcum pindē ut nec Petruſ
in libris Canonicis Romæ aliquā fuisse inuenimus. Et scriptorū ua-
rietas mendaciū hoc declarat. Hieronym⁹ em̄ Clementis authori-
tate scribit, Marcum rogamūt à frībus Christi Euāgelium scrip-
ſisse. Alij uero, quorū ē numero & Platina nō ignobilis eſt histo-
ricus, tradunt q̄ Petrus Romanorum p̄cibus motus, Marco qui
ad hanc rem uidebaſ idoneus, Euāgelijs cōſcribendi negotium in-
iunxerit, quem oēs uelut ex cōposito, octauo anno Neronis obiūſ
ſe, Alexāndriæ q̄ sepultū fuisse scribunt. Verū enim uero hos dece-
pit eorū indiscretio. Nō em̄ alium Marcum inter apostolorum dif-
cipulos fuisse crediderāt, & ideo quicquid de utroq̄ legit̄, ad unū
falsū retulerunt. Alter nāq̄ fuerat Marcus, noīe Aristarchus qui
cooperator, & discipulus fuerat Pauli, de quo ipſe in priori capti-
uitate ſua, qua biennio Romæ à Nerone detinebat, ad Philemo-

nem scribens mentionem facit: saltitans te Marcus Aristarchus, Demas, & Lucas adiutores mei. Denique ubi iam secundario in manu deuenit Neronis, & ingrauescente aetate, ac laboribus collectus die obitus accelerare uidentur, Timotheoque e carcere scribens, eiusdem Marci iterum meminit: festina ad me uenire cito: Lucas enim in eum solus est, Marcum itaque assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio, penula, quam reliqui Troade Apud Carpum, ueniens affer tecum, & libros, maxime autem & membranas. Quod Iacobus ille Stapulensis non oim deterrimus apostolicos interpres, pulcherrime exponit inquietus: Lucam secum habebat Apostolus, Marcum autem mandat obnixe, & membranas quae apud Carpum erant deferri. Sed ad quid nam nisi ut Lucae & Marco, electis a spiritu sancto diuinis scribis, eas relinqueret ad reponendum sanctum Euangelium. Quid apertius his uerbis dici poterat, quam quod Marcus Aristarchus, & non Iohannes Marcus sacrum Euangelium conscripsit, qui facile Neronis imperij annos superauit, cum apostolus circiter tredecimum eiusdem imperij annum, epistolam hanc scribens, eum sibi a Timotheo adduci postulat. Necque idem ne quem id moretur, Aristarchus, & Iohannes apud Hebreos sonat: Aristarchus enim perinde Hebraeis significat, ac si dicas suscitatis coronam. Iohannes uero gratia domini. Ex his euidentissime patet, fabulam esse quod de Petro, & Marco quidam scriptit.

Caius septimus.

Philo Iudeus, uir literarum pollutissimus, sub C. Caligula a gente sua Romam missarius factus, dum nonnulli periclitaretur secunda vice sub Claudi imperio illac remissus, cum Petro apostolo de nonnullis contulit rebus, & tam arctissimas secum iniit amicitias, ut tandem, quoties modo licuit, in libris suis Christianos honestis traduxerit laudibus: Et in Iohannis Marci praeconitis, pleno libro uersaret, ut Hieronymus in libro de uiris illustribus prodidit.

Responsio.

Has nanias uel solus risus potis sit explodere. Qui nam Philo Iudeus sub Claudi imperio, Petrum Romanum conuenire poterat,

Quem nunquā etiā Romæ fuisse tōt iam rationib⁹ persuasimus:
Siquidē Paul⁹ in fine imperij Claudi⁹ Romanos līteris suis fidei,
ac uirtutū admonēs: & omnes presbyteros séniores, & muneris
euangelici coadiutores, tamen etiā quosdā plebeos salutans, soli
Petri ne tantillum quidem meminit. Tandem quarto Neroniani
imperii anno Romam perductus, Petrum illīc non inuenit, & bi
ennio ibi existens nullam ecclesiā eius salutat nomine. Lucas ad
quartū usq; Neronis annum Historiam apostolicam Romæ scri
bens, Petri nullam mentionem facit, Paulus decem præterlaben
tibus annis, secundario Romæ captiuatus, nullum Petri præsidū
sensit, sed ab omnib⁹ ferè deſtitutus, rē euangelicam cū uno Luca
tractauit. Sin uero ea ratione Philo Christianos laudasse putattur,
q; cum Petro inierit amicitiam, ego in Iudæa potius id contigisse
crediderim, ubi Petrus Christū prædicando etatem suam cōſum
pliſ, & mortem inibi paſſus est. Aut nunquid ſolus Iudæorū Phi
lo Christi nomen dignis Encomiis extulerit. Iosephus em̄, qui nō
commemoratur alicubi Petrum uel uideat, uel amicitias fecū pa
ſtum fuſſe, tamen adeo honestam Christi mentionē in suis de an
tiquitatibus fecit libris, ut interī mirum uideatur, ē tam peruica
ciſſima gente, aliquem reperiſſe, qui tanto laudis præco
nio Christū extulerit, ſed quid mirū Iosephum talia de Christo di
xisse, cū & dæmonum legiones Christū prædicare cogerentur?
Cuius & nos ueritatem in multa diſcrimina perductam nunc de
fendimus, ſceleraq; & errores occidentalis Babylonis patefaci
mus, præmia immarcessibilis coronaē ipsius benignitate dubio p
cul adepturi.

F I N I S

Distichon ad Lectorem.

Quicquid id est, uanum, uero ſeu uerius ipſo,
Syncere trutines lector amice uelim.

OCN 53975615

2-FIGURE